tis peccata: ⁊ benignitatis ſue dona
confirmantis. Quare inquit dimit
tuntur tibi peccata tua. Et iterum.
Ut ſciatis q̄m poteſtatem hꝫ filius
hominis in terra dimittendi pecca
ta dicit paralitico. Surge tolle gra
batum tuum: et vade in domum tu
am. Vides quomodo gratia per
eum facta ſit? vide et veritatē. Gra
tiam quidem: ⁊ que modo diximus:
et erga latronem benignitas: ⁊ bap-
tiſmatis et ſpiritus ſancti dona: et
alia item plurima nobis: oſtendunt
Veritatem autem manifeſtius intel
ligemus: ſi figuras didicerimus. fu-
turas enim diſpenſationes in nouo
teſtamento conſumari: figure primū
vt figure: annunciarunt: quas chri-
ſtus ſuo conſumauit aduentu. Vi-
deamus ergo figuras ſi placꝫ ī pau
cis. Non enim omnia tranſigere ꝑ
ſentis eſt temporis. A paucis reliq̄s
intelligetis. Multis ab ipſa paſſione
incipiamus. Quid dicit figura?
Tollite agnum per familias: et

ſacrificate et facite: vt īſtituit. Chri
ſtus aūt nihil hmōi precipit. ſed ipſe
eo factus eſt ſacrificium ⁊ oblatio
nem ſeipſum patri offerens. Uides
quo pacto figura data eſt per Moi
ſen: veritas facta eſt per Jeſuz chri
ſtum. Item in monte Syna vt A
malecite in pugna profligarent. ma
nus moiſi ab Aaron ⁊ vt vtrumqz
ſublimes tenebantur. chriſtus vero
adueniens ſuas extendit in cruce.
Animaduertis quomodo nobis fi
gura oſtendit: ⁊ veritas facta ē. Pre
terea lex inquit. Maledictꝰ quicūqz
non manſerit in omnibꝰ que ſcripta
ſūt in libro hoc. Gratia autem. Ue
nite omnes qui laboratis ⁊ onerati
eſtis: et ego reficiā vos. Et factus ē
pro nobis maledictum. Cū igitur tā
tam aſſecuti ſimus gratiaz ⁊ verita
tem: nolumus queſo ꝓ beneficiorum
magnitudīe pigriores fieri. Quāto
enī maiori honore accepti ſumus: tā
to maiorē debemus virtutez. Nam
q̄ ꝓ paruis acceptis beneficijs par
ua retulerit: nulla dignus eſt repre
henſione. Qui vero in ipm̄ honoris
culmen aſſumptꝰ eſt. ſi vilia minima
qz rependit: longe maius meret̄ ſup
pliciū. Sz abſit omnis de vobis hec
ſuſpicio. Confidimus in dn̄o qui ani
mis veſtris pēnas dabit quibus in
celum elati: in huius mundi peregri
natione: terrena labe nō inquinabi
mini. Uerū enīuero hoc vobis ꝑſua
ſi: non quieſcimꝰ tamen q̄n frequen
ter eadez et hortemur ⁊ admoeāmꝰ.
Nam et in ſeculi certaminibus non
oſcitantes ⁊ ſupinos, ſed ſtrennuos
et ſe vltro periculis obijcientes vni
uerſi hortantur: ⁊ plaudūt ſpectato
res. Illos enī acſi de eoruz victoria
penitus deſperēt: neqz poſſint vllis
hortationibꝰ ad virtutem accendi:
taciti miſſos faciūt. Hoc āt in loco

non de vobis tantū qui ſobriā vitā
agitis. ſed de recidentibꝰ (modo vo
luerint) bene ſperare licz. Quāobrē
mō hortando mō exprobrādo: nunc
ſuadendo: nōnunq̄ȝ laudando: om̄ia
et facimus et annitimur: vt ſalutem
veſtrā non negligatis: et q̄ntum in
nobis eſt nihil omnino pretermittı
mus. Nolite igitur noſtrā de viuen
di ratione iniquo animo admonitio
nem accipe. Non eniz ita loquimur
vt vos inertie accuſemus. ſed de vo
bis optime ſperamꝰ. Neqz ad vos
duntaxat. ſed ad nos qui orationem
habemꝰ: hec et loquimur et loq̄mur
Siquidez et nos doctrina: admoni
tione: conſilio indigemus. Naz etſi
ipi ſermonē facimus: nihil nobis q̄z
fieri prohibz. Sermo enī ſceleribus
obnoxios corripit. Qui aūt omni li
beri ſunt crimine: eos etiā longiꝰ ab
ducit. Neqz enī nos ſine peccato ſu
mus. Medicine igitur ars cōis ē et
remedia omnibꝰ proponit. Cura nō
cōmunis eſt, ſed ad vtentiū volūta
tez. Qui vult medicina vti: curatur
Qui eaz vulneri adhibere negligit:
magis leditur: et torquet̄ vehemen
tius. Nolimus ergo egre medicinaz
ferre. ſz leto animo accipiamꝰ. Licet
nō paruū dolorem noſtre afferāt ad
monitiones: ſuauiſſimus tn̄ fructus
ſequitur. cuiꝰ gratia et facimꝰ om̄ia ⁊
dicimꝰ: vt a plagis ⁊ vulneribꝰ que
peccando aīe inurimꝰ: liberi ad eter
nā vitā euadamꝰ: et chriſti pn̄tia di
gni efficiamur: neq̄ȝ acerbis et ſeuis
poteſtatibꝰ ī die illa nos exhibeamꝰ
ſed que nos ad celorum poſſunt aſſu
mere hereditatem: deū diligentibus
preparatā: quam vtinā omnes con
ſequamur. Gratia et benignitate do
mini noſtri Jeſu xp̄i cui gloria et im
periū cū ſancto ⁊ viuificante ſpiritu
nūc et ſp̄ ⁊ ī ſecula ſecula ſeculoꝝ A.

## Homel. xiiij ex capitulo primo.

Deum nemo vidit vnq̃. Uni
genitus fili⁹ q̃ eſt in ſinu pa
tris ipſe narrauit. Sacre ſcri
pture verba nõ vult de⁹ vt ſimplici
ter. ſed multa cum prudentia intelli
gantur. Ideo beatus Dauid ſepenu
mero in pſalmis ad doctrinã noſtrã
Reuela inquit oculos meos: ⁊ intel
ligam mirabilia ex lege tua. Item ⁊
eius filius. Oportʒ tanq̃ argẽtuʒ
exquirere ſapientiam: ⁊ tanq̃ theſau
rum perſcrutari. Preterea dñs iude
os admonuit. Scrutamini ſcriptu
ras. q̃d non vtiq̃ dixiſſʒ: ſi perfacile
⁊ prima tantũ lectiõe poſſent intelli
gi. Quod enĩ in medio ⁊ ĩ promptu
poſituʒ eſt: nemo ſane perſcrutatur
Sed quod obſcurũ ⁊ latens: id mul
ta indiget inquiſitione: vt inueniat.
Idcirco theſaurum abſconditũ ſcri
pturas appellauit: vt ad eorum nos
inq̃ſitionem excitaret. Hec autẽ no
bis dicta ſunt: ne ſimpliciter ⁊ teme
re. ſed ſumma cuʒ attentione ſcriptu
ram accipiam⁹. Nam ſiquis ip̃a dũ
taxat verba nuda: ⁊ vt dicũtur acci
peret, multa abſurda de deo neceſſe
eſſʒ ſuſpicari. Etenĩ hominem eum
eſſe: pecunia corrumpi: iracundum:
furibundum: alia de eo nõ his peio
ra intelliget. Uerum ſi reconditam
verbis ſentẽtiã deprehenderit: om
nia purgabũtur. Naʒ propoſita no
bis lectio ſinum deum habere dicit:
quod eſt proprium corporis. Sʒ ne
mo tam inſipiens eſt: qui incorpore
um corpus arbitretur. Ut igitur di
gne ſpiritalẽ ſenſuʒ accipiamus agi
te altius hunc locum inueſtigemus.
Deum nemo vidit vnq̃. Quamnaʒ
hec particula cũ ſuperioribus habet
conſequẽtiã? Ut oſtendat euangeli
ſta beneficiorũ dei magnitudinẽ: et
horum: eorumq̃ que per Moiſen da
ta ſunt incomparabileʒ differentiaʒ:
probabilem cauſaʒ. perſone adducit
dignitatem que maiora effecerit. Il
le enim cum ſeruus eſſʒ merito inferi
orum factus eſt rerum miniſter. Hic
autem dominus ⁊ rex: ⁊ regis filius
longe maiora nobis contulit: qui cũ
patre ſemper eſt: ⁊ ſemper eum intu
etur. Propterea inquit. Deuʒ nemo
vidit vnq̃. ſed vnigenit⁹ fili⁹. Quid
igitur dicemus clariſſimo prophete
Iſaie cum inquit. Uidi dñm in thro
no altiſſimo ſedentem? Quid Iohi
de eo teſtimoniuʒ perhibenti q̃ hec
dixit quãdo vidit gloriam eius: ⁊ d̃
eo locutus eſt? Quid Ezechieli? Et
eniʒ ipſe quoq̃ ſuper cherubim eum
ſedentem vidit. Quid preterea Da
nieli dicenti. Antiqu⁹ dierum ſedit?
Quid ipſi Moiſi: oſtende mihi glo
riam tuam? Iacob autem etiam ab
hoc appellationem accepit cuʒ Iſra
el vocatus eſt: quod deum videns in
terpretatur. Necnon ⁊ alij ipſuʒ vi
derunt. Quid Iohannes. Deum ne
mo vidit vnq̃? Ut oſtendat illa om
nia permiſſionis fuiſſe: non ipſius pu
re ſubſtantie. Nam ſi ipſaʒ vidiſſent
nulla ex parte differentem vidiſſent
Quippe que ſimplex ⁊ pura eſt. non
compoſita nec deſcriptibilis. Non
iacet: non ſtat: non ambulat: Hec
omnia corporis ſunt officia. Quo
modo autem ſit ipſe nouit ſolus. q̃d
per prophetam ſignificauit. Ego vi
ſionem multiplicaui: et in manibus
prophetarum aſſimilatus ſum. Hoc
eſt permiſi. non tamen id quod eraʒ
me oſtendi. Cum eniʒ eius filius ve
ra carne accepta venturus eſſet in
mundum: multo ante ſanctos vi
ros ad diuine ſubſtantie viſionem
exercuit: ita vt videre poterant.
Nam id quod eſt deus non modo
prophete non viderunt. ſed neq̃

angeli: neqꝫ archangeli. Sed ſi eos
percontaberis nihil ab his de dei
ſubſtantia audies. ſed tantum referē
tes Gloria in altiſſimis deo; ⁊ in ter
ra pax hominibus bone voluntatis
Si cherubin ⁊ ſeraphin. ſanctifica-
tionis laudem audies. plenum eſſe
celum et terram gloria eius. Si ſu
pernas virtutes: tibi item responde
bunt: ſibi vnum opus eſſe vt deum
laudent. Laudate euꝫ inquit omnes
virtutes eius. Solus autem ipſum
videt: filius ⁊ ſpiritusſanctus. Et ſi
omnis natura creata eſt: quanaꝫ ra
tione increatuꝫ videre poterit? Et
ſi incorpoream virtutem q̄quis geni
taꝫ non poſſumus manifeſte conſpi
cari: et hoc ſepenumero in angelis
oſtenſum eſt: multominus incorpo
ream ⁊ ingenitam ſubſtātiam. Qua
re Paulus. Quem īquit vidit nemo
hominum neqꝫ videre poteſt. Solo
ne igitur patri hoc precipuuꝫ ineſt:
non autem filio? Audi hac etiam in
parte quid ſuperius dicat. Qui eſt
imago dei inuiſibilis. Qui autem in-
uiſibilis imago eſt: ipm quoqꝫ inuiſi
bileꝫ eſſe neceſſe eſt. aliter non eſſet
vera imago. Propterea inquit. Qui
manifeſtꝰ eſt in carne. Manifeſtatio
aūt per carnē non eſt ſm ſubſtātiaꝫ
Nam ꝙ ipſe inuiſibilia ſit non ſoluꝫ
hominibus. ſed ⁊ ſupnis virtutibus
cum dixerit Paulus. Manifeſtuꝫ eſ
ſe in carne. ſubdidit viſuꝫ ab angelis
Ergo ex quo carneꝫ induit ante nō
ita videbatur cum ipſis quoqꝫ inuiſi
bilis eſſet ſubſtantia. Quāobreꝫ igit
inquit. Nolite deſpicere vnū ex his
minimis. Dico enim vobis ꝙ angeli
eorum ſemper vident faciem patris
mei qui eſt in celis? Quid ergo: faciē
deꝰ habꝫ: ⁊ celo circūſcribitur? Sed
nemo ea ageretur inſania: vt hec di-
xerit. Quenaꝫ ergo ea ſententia eſt?
Que ⁊ in loco illo. Beati mūdi cor

de qm̄ ipſi deum videbunt. Cogitati
onem atqꝫ imaginationem: quā pro
viribus noſtris de deo capimus: eā
viſioneꝫ appellat. Neqꝫ aliter de an
gelis intelligendum eſt: ꝓpter purā
ipſorum et nullo ſomno obnoxiā na
turam. cum nihil aliud q̄ deuꝫ ſemꝑ
mente agitent. Propterea chriſtus.
Nemo inquit cognoſcit patreꝫ niſi
filius. Quid inquam? Num omnes ī
ignorantia viuimus? Abſit. Sed ne
mo ita cognouit patrem vt filiꝰ. Ut
igitur multi: q̄ſqꝫ pro captuꝰ ſuo ipm
viderunt: ſubſtantiam autem nemo
vidit. Sic multi deuꝫ cognoſcimus,
non tamen ipſam ſubſtantiam qualis
eſt: niſi ſolus eius vnigenitus: q̄ cer
tam notionem viſumqꝫ ⁊ comprehē
ſionem habꝫ: qualem filiuꝫ de patre
habere par eſt. Sicut enī cognoſcit
me pater inquit: ⁊ ego cognoſco pa
trem. Quare animaduerte quāta cū
auctoritate loquatur euāgeliſta. Si
quidem cum dixiſſꝫ. Deum nemo vi
dit vnq̄. Non proſecutus eſt. filius
qui vidit narrauit. Nam in ſinu pa
tris eſſe; maius quiddaꝫ ē: q̄ videre
Qui enim tantum videt: non certā
habꝫ rei viſe cognitionem. qui vero
in ſinu immoratur: omnia ei perſpi-
cua fit ⁊ certa. Ne āt audiēdo. Ne
mo cognoſcit patrem niſi filius. di-
ceres. ꝙ liceꝫ maiorem ceteris de pa
tre habeat cognitioneꝫ: non tamen
qualis eſt nouit. ideo in ſinu patris
eum eſſe inquit euangeliſta. Chriſtꝰ
autem tātum ſe patrem cognoſcere
inquit: quantum pater ipſū. Percō-
tare queſo: qui contradicit: nunquid
cognoſcat filiuꝫ pater reſpondebit:
etiā: niſi omnino inſaniat. Deinde il
lud iterum interrogabimus. Quid
auteꝫ? certa ne quadā viſione ⁊ ſcien
tia ipſuꝫ videt: ⁊ id quod eſt manife
ſte cognoſcit? Certe aſſentiet. Hinc
collige certaꝫ filij de prē ꝯphēſionē

Ipſe enī inquit. Sicut cognoſcit me pater ⁊ ego cognoſco patrē. Et alibi. Nemo deum vidit niſi qui ex deo eſt Hac vt dixi gratia euangeliſta ſinus meminit. quo vno verbo: multam ſubſtantie cognationem ꝓpinquitatem: parem patri cognitionez: poteſtatē: oſtendit. Non enī diuerſam ſubſtantiā in ſinu haberet pater. ſed neqꝫ ipſe auderet: ſi ſeruus: ſi ex multitudine vnꝰ eſſz in ſinu domini verſari. Hoc nanqꝫ dilectiſſimi filij tm̄ ē q̄ multū genitori ſuo fidit: neqꝫ ipſo vlla ex parte ſit inferior. equa: hoc: cognitio ſignificat. Uis ⁊ ſempit̄nū intelligere? Audi Moiſen quid d̄ patre loquatur. Nam cum peteret ſi interrogaretur a iudeis: quis ipſum miſerit quid iuberet reſponderi. Dic inquit. qui eſt: miſit me. Hoc enī verbū. qui eſt ſempiternum ⁊ ſine principio: ⁊ vere ⁊ proprie eſſe ſignificat. Hoc idem ex ea particula. in principio erat: oſtendit Johannes. Itē in hoc loco cū ī ſinu patris eſſe dicit. ⁊ ne ꝓpter nominis cōicationē: vnum eorum qui per gratiaz facti ſunt filij ſignificare arbitreris. primū articulum addidit; qui per gratiā filios ſeponit. Inde ſi hoc tibi non ſatis eſt: et adhuc humi deuolueris. alio magis ꝓprio nomine vſus eſt. cū inquit vnigenitus. Sin adhuc humum deſpicis. non recuſabo inquit euangeliſta de deo ſermonem faciens: humanis ⁊ corporeis verbis vti. Hoc eſt in ſinu tm̄. ne vile quicq̄ꝫ ⁊ abiectum de xp̄o ſuſpiceris. Conſidera benignitatem domini; ⁊ noſtri curam. Indignis ſe verbis nūcupari patitur. vt hoc ſaltez pacto oculos erigamꝰ: ⁊ aliquid de ſe magnū concipiamus ⁊ tu ad īferiora ſemp̱ deflecteris. Dic queſo. qua gratia hoc in loco ſinum poſitum exiſtimas. Craſſum hoc nomen ⁊ carnale. Nunquid vt deū corpus habere ſuſpicemur? Abſit. Cur igitur? Naz ſi neqꝫ filij dilectio: neqꝫ corpus deuz eſſe: hinc comprobatur ſuperfluum hoc in loco: ⁊ ocioſuz. id verbuz eſt. Non eniz te petere recuſabo: vt aliquid in hoc coniectemur Sed profecto conſtat: nihil aliud q̄ꝫ ſummā vnigeniti dilectionē: ⁊ patri coeternitatez: ſignificari. Ubiqꝫ hoc perſpicuū eſt? Ille narrauit inquit. Quid narrauit? Q deum nemo vidit vnq̄ꝫ an ꝙ vnus eſt deus? Uerū hoc ⁊ reliqui ꝓphete: ⁊ Moiſes iāp̄dem exclamat. Dominꝰ deus tuꝰ dominus vnꝰ eſt. Et Eſaias. Ante me non eſt factꝰ alius deꝰ: ⁊ poſt me nō eſt. Quid igitur amplius a filio didicimꝰ? Q in ſinu ſit patris. Quid ab vnigenito? Primū quidem hec eadē vnigeniti operationis ſunt. deinde longe ab eo expreſſiorez ⁊ magis p̄ſpicuā doctrinaz accepimꝰ: videlz ꝙ ſpūs deus eſt: ⁊ qui adorant eū ī ſpiritu ⁊ veritate oportz adorare. Q deuz videre eſt impoſſibile. ꝙ eū nemo nouit niſi filius. ꝙ pater eſt dilectiſſimi vnigeniti. ⁊ alia multa q̄ de eo narrata ſunt. Id aūt verbuz narrauit: expreſſiorez certiorē q̄ꝫ doctrinam demonſtrat. non apud iudeos tm̄. ſed in vniuerſuz mundum propagauit: eūqꝫ meliorem reddidit. ꝓphetis enī neqꝫ iudei omnes fidem adhibebāt. Unigenito āt dei filio vniuerſus orbis ⁊ paruit ⁊ credidit. Narratio aūt hoc in loco doctrine euidentiā ſignificat. Quare ⁊ verbū: ⁊ magni cōſilij angelus appellatur. cū igitur perfectiore dignati ſimus doctrina. neqꝫ amplius p̱ ꝓphetas. ſꝫ p̱ filium ad nos in vltimis his diebus deus locutus ſit. longe potiorez et dignaz accepto honore vitam exhibeamus. Etenī abſurdum eſt cuz tātus deſcenderit dominus ⁊ non amplius per ſeruos. ſed per ſeipm̄ nos

alloqui voluerit:nos nihil a priſcis
illis differam⁹. Illi Moiſen.nos moi
ſi dominum : magiſtrum habemus.
Quamobrem hoc honore dignam
pre nobis feramus philoſophiam:
et nihil cum terrenis cōmunicemus
Propterea nobis celitus viuendi
normam detulit :vt magiſtri imita-
tores pro viribus efficeremur. Qua
autem ratione poſſumus chriſti imi
tatores fieri? Si omnia in commu-
nem non noſtram fecerimus vtilita
tem:etenī chriſtus non ſibiipſi mor
tem geſſit. Sed vt ſcriptum eſt. Im
properia inquit improperantium ce
ciderunt ſuꝑ me. Nemo priuataꝫ q̄-
rat vtilitatem.ſed ꝛ proximi ita ſuā
querat. Siquideꝫ illorū res noſtre
ſunt. Corpus nanqꝫ vnum ſumus:ꝛ
inuicem partes ꝛ membra. Nolim⁹
igitur ita alter erga alterum affici:
acſi penitus ſimus alieni. Nemo il
lum neqꝫ amicum:neqꝫ cognatū:ne
qꝫ vicinum:neqꝫ quicqꝫ cum eo ſibi
eſſe dicat Quomodo accedam:quid
dicam? Licet enī horum nihil ſit.ho
mo tamen eſt eiuſdem nature parti
ceps ſub eodem domino conſeruus
ꝛ contubernalis:eiuſdem mundi in
cola. Qui ſi fidem tantum tecum com
municat:iam tuum factus eſt mem
brum. Que enim amicicia: que fami-
liaritas:tantam contrahere vnionē
poſſꝫ:quantam fidei cognatio? non
enim quantam amicus amico de-
bet propinquitatem: tantam nos
habere inuicem oportꝫ. ſed quanta
eſt membri ad membrū.hac amicicia
ꝛ cura:aliam maioreꝫ nemo vnqꝫ in
uenire poſſꝫ. Quemadmodum ergo
is ſane ridiculus foret:qui vnde ſe-
cum familiaritas ſit vnde propinq̄
tas percontaretur.ita qui vnde ſibi
cum fratre ꝛ proximo. Omnes enī
in vnum corpus baptiſati ſumus in
quit. Quid ſignificat in vnū corp⁹?
ne diuidamur.ſed mutuaꝫ conſuetu
dinem amiciciam qꝫ tanqꝫ vnum cor
pus ſeruemus. Nolimus inuicem al
ter alterum cōtemnere.ne noſipſos
contemnamus. Nemo vnqꝫ carnem
ſuaꝫ odio habuit ſed nutrit et fouet
Propterea hunc munduꝫ tanqꝫ do
mum vnaꝫ nobis deus largitus eſt:
ꝛ omnia equa portione diſtribuit.
Vnū ſolē ōmibus lucere fecit. Vno
nos tecto : celo videlicet : operuit.
Vnam cunctis menſam:hoc eſt ter
ram cōmunicauit. Impartitus eſt
aliam longe maiorem:vnam tamen.
condiſcipuli intelligunt. Vnuꝫ gene
rationis modum omnibus largitus
eſt ſpiritaleꝫ. Vnum nobis ꝛ cōmu
nis in celo patria:idem poculuꝫ om
nibus propinatur. Nihil ampli⁹ di-
uiti ꝛ ſpectato viro q̄ꝫ pauperi ꝛ ab-
iecto deus exhibet:ſed vniuerſos pa
riter vocat. Carnalia pari honore:
ſpiritualia ſimiliter. Vnde ergo tan
ta huius vite inequalitas? Ex diui-
tum auaricia atqꝫ inſolentia. Sꝫ no
lite fratres nolite queſo ita affecti eſ
ſe.nec cum ratio ipſa ꝛ neceſſitas in
vnum nos cogat :a terrenis ꝛ cadu
cis huius vite bonis diſtrahamur.
a diuitijs dico :paupꝛtate. ſanguinis
coniunctione .inimicicijs : amicicia.
Hec enim omnia vmbra ſunt: et q̄ꝫ
vmbra abiecciora:habentibus celit⁹
vinculum charitatis. Hoc ſeruem⁹
dilectiſſimi toto conatu.ꝙ null⁹ par
uus affectus hanc diuidere pertur-
bare ve poterit vnitateꝫ: quaꝫ vti-
nam omnes conſequamur. Gratia ꝛ
benignitate domini noſtri Jeſu chri
ſti per quem et cuꝫ quo patri gloria
ſimul ꝛ ſpiritui ſancto in ſecula Am̄.

## Homelia xv. ex capitulo primo.

EΤ hoc eſt teſtimoniuꝫ Johā
nis. Quando miſerunt iudei
a hieroſolymis ſacerdotes ⁊
leuitas vt interrogarent eū tu quis
es. Graue vitium inuidia eſt dilectiſ
ſimi: graue inquaꝫ et exitioſum. non
ijs quibus īuidetur. ſed ipſis inuiden
tibus. Primum enim eos offendit
conſumitqꝫ. tanq̄ꝫ mortiferum quod
dam virus eorum animos occupās
Si quo autem pacto cum cui inui
detur ledit: paruum quidem ⁊ nulli
us fere momenti detrimentum eſt:
quod qꝫ plus emolumenti q̄ꝫ damni
afferat. Neqꝫ inuidia ſolum: ſed eti
am in ceteris vitijs. non qui malo
afficitur. ſed qui afficit is damnum
accipit. Quod niſi ita ſe haberet. nō
iniuriam accipiendam potius q̄ꝫ in
ferendam precepiſſet Paulus diſci
pulis. Quare non magis inquit in
iuriam accipitis? quare non magis
fraudem patimini? Certo enim no
uit: non mala accipienteꝫ. ſed inferē
tem omnino exitiuꝫ ſecuturuꝫ. Hec
omnia mihi propter iudeorum inui
diam dicta ſunt. Qui enim ex ciuitā
tibus ad Johannem confluxerant:
qui propria damnarāt peccata: qui
baptizati erant. poſt baptiſma tanq̄ꝫ
quadaꝫ boni operis penitentia: mit
tunt qui Johanneꝫ interrogent. Tu
quis es? Certe genimina viperaruꝫ
⁊ ſerpentes vel ſi quid his grauius
generatio mala: adultera: peruerſa.
poſt baptiſma baptiſtaꝫ interrogas
et percontaris. Quid hac ſtultitia
ſtultius? Quomodo euꝫ cōueniſtis?
quomodo peccata veſtra confeſſi
eſtis? quomodo ad baptiſma cucur
riſtis? quomodo ipſum precontati
eſtis: quid forte agendum? Hec om
nia vobis temere ⁊ ſine ratiōe facta
ſunt. cum neqꝫ principium neqꝫ fun
damentum intelligatis. Veruꝫ neqꝫ
vos accuſauit Johannes. neqꝫ quic
q̄ꝫ exprobrauit. ſed omni cum māſue
tudine reſpondit. Quamobrem: eſt
enim dignuꝫ cognitu: vt omnib⁹ eo
rum manifeſta perſpicuaqꝫ fieret ma
licia. Sepenumero Johannes chri
ſto teſtimonium perhibuit. ⁊ cuꝫ iu
deos baptizaret: frequenter chriſti
meminerat. Ego inquit vos baptiſo
in aq̄. qui autē poſt me venit fortior
me eſt. ipe vos baptizabit in ſpiritu
ſancto ⁊ igni. Quibus verbis huma
na quadaꝫ perturbatione affecti ſūt
Mundi nanqꝫ gloriam affectantes:
et ſm faciem iudicantes. Johanneꝫ
chriſto inferioreꝫ: indignum arbitra
bantur. Multa nanqꝫ Johannis ge
neroſitatem oſtendebant. Primum
generis claritas. principis enim ſa
cerdotis erat filius. Deinde vita et
aſperitate: ⁊ omnium hominum con
temptu inſignis. Siquidem veſte:
menſa: domo: et ipo victu cōtempto
eremum ab ineunte etate incoluit.
Cōtra: chriſtus obſcuro genere na
tus. Quod ſepenumero his verbis
exprobrarūt. Nonne hic eſt fabri fili
us? Nonne mater eius dicitur Ma
ria: et frater eius Jacob⁹ ⁊ Joſeph
et patria vnde originem ducere pu
tabatur ignominia quadaꝫ notaba
tur. vt īquit Nathanael. A nazaret
poteſt aliquid boni eē? Preterea cō
ſeruatio omnibus cōmunis: ⁊ veſti
menta nihil a vulgo differentia. Nō
enim zona pellicea cingebatur. Ne
qꝫ piloſam veſteꝫ induebat: neqꝫ mel
le ⁊ locuſtis veſcebatur. ſed cuꝫ om
nibus eandem habebat conſuetudi
nem. Infamium hominuꝫ ⁊ publica
norum cōuiuijs aderat: vt eos ad
meliorem frugē alliceret. quo cū nō
cōueniret. iudei ei exprobrabāt. vt
ipſe chriſtus inquit. Venit filius ho
minis manducans ⁊ bibens. ⁊ dicūt
Ecce homo vorax ⁊ potator vini
publicanoruꝫ et peccatoruꝫ amicus

Cū ergo frequenter Johānes ab ſe
iudeos ad chriſtum:longe eoruȝ opi
nione inferioreȝ dimitteret:egre ipſi
ferebant:et rubore perfundebantur
Quippe qui Johannem potius ma
giſtrum habere ꝙ chriſtum voluiſ
ſent.palam tamen id dicere vereban
tur.Mittunt autem ad eum:vt per
adulationem ipſum alliciant ad con
fitendum ſe chriſtum eſſe. Quamob
rem non abiectos ⁊ infime ſortis ho
mines mittunt .quemadmodum ad
chriſtum cum vellent eum capere in
ſermone.Tunc enim ſeruos :et iterū
Herodianos deſtinarunt. Nunc au
tem ſacerdotes ⁊ leuitas .nec quoſli
bet ſacerdotes.ſed ab hieroſolymis:
hoc eſt maioris auctoritatis ⁊ nomi
nis. Non enim temere hoc ſignifica
uit euangeliſta: ⁊ mittunt vt inter-
rogarent eum.Tu quis es?Et profe
cto natales eius adeo celebres erāt
vt vulgo diceretur . Quiſputas pu-
er iſte erit. ⁊ ſuper omnia montana
iudee diuulgarētur oīa verba hec
Et cum iterum iordanē petiſſet.om
nes ad euȝ ciuitates aduolarent .ex
hieroſolymis: ⁊ ex omi iudea ad Jo
hannem:vt baptizarentur: concur
rerent.Quid igitur interrogāt? Nō
quod ignorarent.Satis enim ſuper
ꝗȝ cognoſcebatur. Neqȝ vllo pacto
poterat ignorari .ſed ea quā paulo
ante diximus ratione:quo eum ad-
ducerent vt ſe chriſtum eſſe confite
retur.Audi ergo quomodo beatus
Johannes nō verbis.ſȝ animo quo
illi percontabantur:reſpondet. Nā
cuȝ dixiſſent tu quis es? Non reſpō
dit continuo quod recte erat reſpon
dendum.Ego vox clamantis in de-
ſerto.ſed eorum primuȝ ſuſpicioneȝ
amouit.Interrogatus enim inquit
Tu quis es?Confeſſus eſt ⁊ non ne
gauit.confeſſus eſt quia nō ſuȝ ego
chriſtus.Et animaduerte euangeli
ſte ſapientiam .Tertium idem dicit:
vt et baptiſte virtuteȝ et iudeorum
maliciam atqȝ ſtulticiaȝ demonſtret
Lucas vero inquit . De cum turbe
ſuſpicarentur eum eſſe chriſtum :ite
rum tollit ſuſpicionem. Hoc frug
ſerui officium eſt:non ſolum domini
ſui gloriam non aucupari . ſed et a
multitudine tributam propulſare.
Uerum turbe ſimplicitate ⁊ ignorā
tia in hanc venere ſuſpicionem . Hi
autem mala mente:malo animo:cuȝ
percontati ſunt:id arbitrati quod di
ximus De niſi hoc animo fuiſſent:
non continuo ad aliam veniſſent in
terrogationem .ſed indignati tanqȝ
ad propoſitum non reſpondiſſet:ne-
qȝ id dubitare neqȝ id percontatum
venire duxiſſent .Ueruȝ tanquā in
crimine deprehenſi ⁊ rei ad aliud ve
nerunt.Quid ergo ? Helias es tu?
Et dixit non ſum .Arbitrabantur
enim eum venturum ſicut chriſtus
inquit . Rogantibus nanqȝ diſcipu
lis.Quomodo ergo ſcribe dicunt ꝙ
Heliam oportet primuȝ venire.ipſe
reſpondit . Helias quidem ventur⁹
eſt:et reſtituet omnia . Deinde inter
rogant.Propheta es tu?Et repon
dit. Non. Et tamen propheta erat.
Quare ſe prophetā negat ? Quia
iterum percontantium animū inſpe
xit.Exiſtimabant enim prophetam
quendam eximium venturum eo ꝙ
inquit Moiſes . Prophetam vobis
ſuſcitabit dominus deus de medio
fratrum veſtrorum:tanqȝ meipſum
audite. Hic auteȝ erat chriſtus. Nō
igitur rogarunt:an eſſet vnus ex a-
liorum numero prophetarum.ſed ar
ticulum addiderunt. acſi dicerent.
Propheta ne ille es:qui a Moiſe p̄
dictus eſt. Propterea negauit Dixe
runt ergo ei.Quis es? vt reſponſum

demus ijs qui miſerunt nos: Quid
dicis de teipſo? Vides ne hos vehe-
mentius vrgentes: alliciendo iterū
rogantes. non dimittendo. hunc au
tem ſumma cum manſuetudine fal
ſas eorum ſuſpiciones omni conatu
tollentem? Et veritatis amicus.
Ego inquit vox clamantis in de-
ſerto dirigite viam domini ſicut di-
xit Eſaias propheta. Cum enim
magnum quiddam ⁊ eximium ſecun
dum eorum opinionē de chriſto lo
cutus ſit: ad preſtandam verbis ſu
is auctoritatem prophete ſtatim te-
ſtimonium adducit. Et qui miſſi fue
rant: erant ex phariſeis. ⁊ interroga
uerunt eum ⁊ dixerunt ei. Quid er
go baptizas: ſi tu non es chriſtus:
neqꝫ Helias: neqꝫ propheta? Vides
ꝙ non temere loquantur. Quoniam
adhuc eum adducere volebant. Nō
tamen hinc orſi ſunt: ne quo animo
dicerent: deprehenderetur. Et cum
ſe chriſtum eſſe negaſſet iterum ma
licia ſua diſſimulata: ad Heliam ve
niunt: ⁊ prophetam. Qui cum ſe neu
trum eſſe profiteretur: dubij iam cō
ſilij perſona ⁊ ſimulatione omni ab
iecta: aperte fraudulentam mentem
his verbis detegunt. Quid ergo ba
ptiſas ſi tu non es chriſtus? Deinde
vt animum celarent addiderunt: ne
qꝫ Helias: neqꝫ propheta. Nam cū
adulationibus eum allicere non poſ
ſent: calumnia ſe eum coacturum ar
bitrati ſunt: vt quod non eſſet: ſe eē
confiteretur. O ſuperbiam. o amen
tiam ⁊ curam intempeſtiuam. Miſi-
ſtis vt ab eo cognoſceretis quis eſ
ſet ⁊ vnde. Nunquid ei quid facturꝰ
ſit preſcribetis? Hoc cogentium eſt
vt ſe chriſtum confiteatur. Verum
tamen neqꝫ nunc indignatur Johā
nes: neqꝫ ſic eis: vt merebantur: re-
ſpondet. Vos precipere ⁊ legem mi-
hi ponere audetis. ſed iterum incre
dibilem pre ſe fert manſuetudinem.
Ego inquit baptizo in aqua. mediꝰ
autem veſtrum ſtetit quem vos ne-
ſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturꝰ
eſt: qui ante me factus eſt. cuius nō
ſum dignus vt ſoluam eius corrigi
am calciamenti. Quidnam his re-
ſpondere potuiſſent iudei? Ipſi con
tra ſe nulla venia nulla excuſatione
dignam ſententiam tulerunt. Quo
nam pacto tante auctoritatis Johā
nem: ⁊ tam verum arbitrabantur:
vt non ſolum de alijs teſtimonium:
verū ipſi de ſeipſo omnia crederēt?
Neqꝫ enim niſi ea eſſent ſententia
ipſum interrogatum miſiſſent quid
de ſe diceret. Noſtis enim quod de
ſe dicentibus: ijs duntaxat maxime
fidem adhibemus: quos veriſſimos
arbitramur. Neqꝫ hoc tantum eo-
rum os obſtruit. ſed animus quoqꝫ
quo ad eum locuti ſunt: Promptiſſi
mo nanqꝫ animo ad eum venerunt.
licet poſtmodum mutati ſint. Que
ambo chriſtus his verbis ſignifica
uit. Ille erat lucerna ardens ⁊ lucēs
vos autem voluiſtis exultare ad ho
ram in eius luce. Et reſponſū eius
probauit inquiens. Qui non querit
gloriam ſuam verax eſt: et iniuſtitia
non eſt in eo. Johannes autem non
ſibi gloriam queſiuit. ſed ad aliū eos
dimiſit. Et qui miſſi erant ſumme
erant apud iudeos auctoritatis: et
primum locum obtinebant. Itaqꝫ
nulla ex parte confugium aut excu
ſatiōem habebant. ſi chriſto non cre
derent. Sed qua gratia Johāni de
chriſto fidē non adhibuiſtis? Vos
ex primoribus miſiſtis. Vos de his
interrogaſtis. Vos baptiſte reſpon-
ſi audiſtis. omnia conati. omnia ſcru
tati ſunt: et ſuſpiciones veſtras om
nes in medium protulerunt. ⁊ tamē
ingenue ꝯfeſſꝰ eſt: ñ eē neqꝫ xp̄m neqꝫ
Heliam: neqꝫ prophetam. Neqꝫ

hoc contentus' quis eſſet oſtendit: ⁊
de baptiſmate ſuo verba fecit: ꝙ par
uum eſt ⁊ vile: ⁊ preter aquā' nil am
plius haberet. oſtendit preterea ex-
cellentiaȝ baptiſmatis: a chriſto tra
diti. Adducit Eſaie prophete teſti-
monium: qui diu ante deum ⁊ ſe: eiꝰ
miniſtrum appellauit. Quid iam du
bij relinquebatur: quin deum adora
rent ⁊ confiterentur'. cum omni ad-
ulatione amota verum eſſet teſti-
monium. Neqȝ enim aliud teſtantis
mores ⁊ ſapientia pollicebatur. Ad
hoc vel inde perſpicuum erat: ꝙ ne
mo proximum ſibi prefert: neqȝ queȝ
ſibi honorem arrogare poteſt: in ali
um facile confert. Itaqȝ Johannes
niſi chriſtus deus fuiſſet: in tantum
non deſcendiſſet teſtimonium. Naȝ
ſi id nomen tanqȝ conditiōe ſua ma
ius abieciſſet. non ſane alij: et ſane in
feriori: tribuiſſet. Medius autez ve-
ſtrum ſtetit quem vos neſcitis. De
cens nanqȝ erat: vt in populo tanqȝ
vnus ex multitudine verſaretur: q
vbiqȝ humilitatem et manſuetudi-
nem doceret. Neſcitis autem quis ⁊
vnde ſit. Illam autem particulam
qui poſt me venit: frequenter memi
nit. tantum non dicens. Nolite pu-
tare rem ipſaȝ in meo eſſe baptiſma
te. Non ſane perfectum eſt. Aliꝰ poſt
me venit. alterum allaturus. hoc ta
men illius preparatio quedam eſt: ⁊
preceſſio. Res noſtre vmbre ſunt: et
imago. aliuȝ venire oportet: qui ve
ritatem afferat. Quamobrem illud
verbuȝ. poſt me venit: eius maxime
oſtendit dignitatem. Nam ſi id erat
perfectum: nullus erat ſecundo locꝰ
Ante me factꝰ ē: hoc eſt honorabili-
or. Inde ne ex comparatione ſimili
tudinem intelligerent: cum nullam
vellet intelligi: ita ſe ante fuiſſe dicit
vt neqȝ inter vltimos miniſtrorum
adnumerari ſe dignum profiteatur.
Soluere enim calciamenta viliſſimi
ſerui officiuȝ eſt. Quod ſi Johannes in-
dignus qui corrigiam ſolueret. Jo
hannes inquam quo maior inter na
tos mulieruȝ non ſurrexit: quo nos
loco ponemus? Si is qui terrarum
orbi equiparatur. imo qui maior eſt
(non enim inquit erat ijs dignus
mundus) ne inter vltimos quidem
miniſtros connumerari ſe dignum
dicit. quid nos innumerorum ſce-
lerum pleni dicemus: qui tanto Jo
hanne ſumus inferiores: quanto ter
ra minor eſt celo? Hic neqȝ qui ſol
uat corrigiam calciamenti dignum
ſe profitetur. inimici autez veritatis
in tantam prorumpunt inſaniaȝ: vt
qui deum cognoſcant digni ſe arbi
trentur. Quo hac amentia ſceleſtiꝰ?
Quid ſuperbia inſanius? Bene inqt
ſapiens. Initium ſuperbie non cog-
noſcere dominum Non eſſet e celo
deiectus: neqȝ in diaboluȝ verſus ce
cidiſſet angelus: niſi hoc ſe ſcelere co
inquinaſſet. Hoc eum precipiteȝ de-
dit. hoc in gehennam intruſit. hoc
malorum omnium ei cauſa fuit. hoc
tantarum virium eſt vt omnem ani
mi virtutem: elemoſynā: orationes:
ieiunium: cetera animi bona corrum
pat. Superbia in hominibus: īmun
da inquit eſt apud deum. Non ergo
fornicatio duntaxat: neqȝ adulteriū
hominem polluit. ſed et ſuperbia. ac
etiam illis longe magis. Quamob-
rem? quoniam fornicatio etſi indi-
gna venia ſit. poteſt tamen quiſpiaȝ
voluptatem in excuſationem addu
cere. ſuperbia autem ne minimā qui
dem: propter quam vel vmbram: ſal
tem venie conſequatur. ſed nihil ali
ud eſt qȝ deprauatio animi: ⁊ morbꝰ
grauiſſimus: non aliunde qȝ ex inſa
nia ortum ducēs. Nihil enim ſupbo

homine inſanius: Quis ditiſſimus ſit
quis multa hac exteriori ſapientia
preditus: quamuis potens: quāuis
omnia que homini exoptanda vidē
tur: in illum congerantur. Quippe q
humanis bonis ſuperbit miſer eſt: ⁊
infelix: et illorum omnium mercedē
amittit. Qui eorū gratia que nulla
ex parte bona ſunt propter vmbrā
⁊ florem feni (hec enim inanis gloria
eſt) inflatur. Nonne omnium maxi-
me ridiculus eſt. cum idē faciat qđ
quiuis pauper ⁊ mendicus ⁊ ſemꝑ
famelicus: qui ſi quando letum ſom
nium viderit eo letatur? Miſer ſane
⁊ infelix: qui cum animā tuam gra
uiſſimo morbo conſumas: ⁊ vltima
in miſeria verſeris. tumeſcis tamen
ꝙ auri tibi talenta ſint plurima: ꝙ
ſeruorum multitudo. Uerum hec nō
tua ſunt. Si non credis plurimorū
habes exemplū. Ut ſi ita inſanis: vt
neq; ex maiorum experientia hoc
intelligas. parumper expecta: ⁊ in te
ipſo nullam tibi inde vtilitatem co-
gnoſces. cum exanimis. nec hora: nec
breui quidem momento; eorum do
minus eris: inuitus alijs relinques;
⁊ ijs ſepenumero quibꝰ nolles. Mul
tis enim nec ſua diſponere permiſſū
eſt. migrauerunt repēte e vita: ⁊ cū
vellent ijs frui: non potuerunt. Quod
ne vobis accidat: iam ad ſanitatem
reuerſi: ea nobiſipſi ad ciuitatem no-
ſtram tranſmittamus: quibus ſolis
fruemur: alijs minime. Illa in aſilū
⁊ locum tutiſſimū recondemus. vn
de nihil ea nobis poterit auferre, nō
mors. non teſtamenta. non heredita
tum ſucceſſiones. non calumnie. non
inſidie. Sed qui hinc emigrans ſua
premiſerit: ijs perpetuo fruetur: et
quiſnam tanta laborat inſania: vt
rebus ſuis omni tempore ſe perfrui
turū negligat? transferamus igitur
illuc noſtras diuitias. non nobis aſi
nis opus eſt: non camelis: nullis iu
mentis: nullis curribus: nullo alio
vehendi inſtrumento. qua nos mo-
leſtia deus liberos reddidit. tantum
pauperibus indigemus: claudis ce
cis: infirmis. Hi res et pecunias in
celum perferre: ⁊ carū dominos ad
eternorum bonorum hereditatem ꝑ
ducere poterunt. quam vtinam om
nes conſequamur. Gratia ⁊ benigni
tate domini noſtri Jeſu chriſti per
quem ⁊ cum quo patri gloria ſimul
⁊ ſpiritui ſancto in ſecula Amen.

## Homelia xvi.
ex capitulo primo.

Hec in bethauara facta ſunt
trans iordanem: vbi erat Jo
hannes baptizans. Altera au
tem die vidit Johannes Jeſum ve
nientem ad ſe ⁊ ait. Ecce agnus dei:
ecce qui tollit peccata mundi. Ma-
gnum bonum fiducia eſt: et loquē di
libertas: omniaq; chriſti confeſſioni
poſtponere. tā magnū inquā ⁊ admi
rabile: vt filius dei vnigenitus: idē
de patre predicē. Quis non equa ſit
viciſſitudo. tu enī confiteris in ter
ra. ipſe in celo. tu preſentibus homini
bus. ille patre ⁊ angelis omnibꝰ Ta
lis Johannes. non multitudine. nō
gloria. nulla re humana motus: om
nia peſſundat. liberrime vt debet
chriſti myſteria omnibus adnūciat.
Propterea etiam locum ſignificat euā
geliſta: vt magnanimi preconis fidu
ciam oſtenderet Non enī domi neq;
in angulo aliquo ſe abdidit. ſꝫ apud
iordanem: in media omnium qui a
ſe baptizatum venerant multitudi-
ne: id palam profitebatur. Uenerant
enim iudei dum baptiſaret. tunc ſu-
premum illud arcanum ⁊ inenarra-
bilis doctrine plenum de chriſto pre

dicauit:ꝙꝫ non eſſet dignus ſolue
re eius corrigiam calciamenti. Pro
pterea inquit. Hec in bethania fa
cta ſunt. Quedam autez exemplaria
veriora videntur in quibus betha
uara ſcriptum eſt. Bethania enim
non trans iordanez:neqꝫ in deſerto
erat.ſed non longe ab hiero olymis.
Locorum autem alia etiam ratione
meminit. Nam cum nō antiqua:ſed
que paulo ante contigerant eſſz nar
raturus: qui aderant ⁊ viderant:
eos teſtes adducit. ex quibus rē cer
tam innuit. Confidens enim nihil
ſe veritati addidiſſe.ſed vt res ſe ha
buerat:pure ⁊ ſimpliciter enarraſſe
a loco teſtimonium accepit.non par
uum:vt dixi futurum veritatis: in
dicium. Altera autem die vidit Jo
hannes Jeſum venientem ad ſe:et
ait. Ecce agnus dei.ecce qui tollit
peccata mundi. Diſtribuerunt tem
pora euangeliſte. Matheus. priuſqꝫ
Johannes baptiſta caperetur tem
pora proſequens: ad ea que ſecuta
ſunt properat. Euāgeliſta aūt Johā
nes:his maxime immoratur. Et ille
poſtqꝫ venit Jeſus e deſerto:interiz
omiſſis omnibus:que Johānes:que
iudei miſſi inuicem verba contule
rint:⁊ alijs pluribus:continuo trā
ſit ad carcerē. Cū audiret inqt Jeſ⁹
ꝙ traditus eſſet Johannes: ſeceſſit
in deſertum. Johannes autem hoc
tacuit:vtpote a Matheo narratuz.
Narrat autem que poſt deſcenſum
montis ſecuta ſūt.⁊ mltis ꝑtermiſſis
addit Nondum enīz miſſus erat io
hannes in carcerem. Et qua nam
gratia hoc in loco inquit Jeſum ad
ipſum veniſſe:non ſemel ſed iteruz?
Matheus neceſſarium eius aduen
tuz fuiſſe inquit:baptiſmatis gratia
Addit enim Jeſus. Sic enim decet
nos implere omnem iuſtitiam Jo-
hannes eum iterum veniſſe dicit p⁹
baptiſma:quod manifeſtauit inqui-
ens. Ego vidi ſpiritum deſcenden
tem quaſi columbam:et manentem
ſuper eum. Qua igitur gratia venit
nūc ad Johannem neqꝫ enim veni
entem tantum.ſed ad ſe inquit? Cur
inquam? Ne quis ſuſpicaretur cum
primum vna cum cetera multitudi
ne veniſſet:eadem qua alij cauſa ve
niſſe:vt ſcilicet peccata confiteretur
⁊ in penitentiaz ablueretur in flumi
ne. Idcirco venit prebens iohanni
occaſionem:vt eiuſmodi ſuſpicionez
tolleret:quam illud verbum. Ecce
agnus dei. Ecce qui tollit peccata
mundi:penitus tollit. Qui enim tā-
ta excellit puritate:vt aliorum pec
cata poſſit abluere.ſane conſtat eum
non ad confitendum peccata veniſ-
ſe.ſed vt illi admirabili preconi: hāc
daret occaſionez:⁊ ſecunda hac vo
ce iis qui priora audierant:et certi-
us dicta imprimeret:⁊ alia ſuperad-
deret. Illud autem verbum.ecce:po
nitur eo ꝙ ſepe multi ex iam dictis
ipſum inquirebant.ideo preſentem
oſtendit. Ecce hic eſt de quo iaz ſer
mo habitus eſt. Hic eſt agnus. Ag-
num autem appellat:vt Eſaie pro-
phetiam in memoriam iudeis redu
cat:vt per figuraz magis eos ad ve
ritatem alliciat. Ille quidem agnus
nullius peccatum accepit. hic autez
totius orbis terrarum. Periclitan
tē enī mundum ꝗ̄primuz ab ira dei
liberauit. Hic eſt de quo dixi. Poſt
me venit vir:qui ante me factus eſt
Vides et in hoc loco quomodo ſu
periora interpretatur. Nam cum di
xiſſet. Agnus qui tollit peccata mū
di.ſubdidit. Quoniam ante me fa-
ctus eſt.videlicet ꝙ accipit peccata
mundi:⁊ baptizat in ſpiritu ſancto.
Meus enim aduentus nihil aliud

habuit: q̄ꝫ predicare commune orbi
terrarum preſtitum beneficium: et
in aqua baptizare. huius autem pur
gare humanum genus: et largiri pa
racliti operationem. Hic ante me fa
ctus eſt. hoc eſt clarior apparuit: q̄a
prior me erat. Pudeant Pauli ſa-
moſatenſis ſectatores: tam manife-
ſtam oppugnare veritatem. Et ego
neſciebam eum. Aufert omnem te-
ſtimonio ſuſpicionem. cum non hu
mane familiaritatis gratia. ſed diui-
na reuelatione id perhibere often-
dat. Neſciebam eum inquit. Quo-
modo ergo dignus eſt fide teſtis?
Quomodo alios docet qui neſcit?
Non inquit neſcio: ſed neſciebam. vt
hoc verbo maxime ſibi crederetur.
Quo enim pacto tantum ignoto tri
bueret? Sed vt manifeſtetur iſrael.
propterea ego veni in aqua bapti-
zans. Non igitur ipſe baptiſmatis
indigebat. Neqꝫ alia ratione illud
lauacrum inſtitutum eſt. q̄ꝫ vt viam
reliquis ad chriſti fidem preberet.
Non enim inquit vt baptiſmate ab
lutos mundem: neqꝫ vt peccatis li-
berem: ad baptizandum veni. ſed vt
manifeſtetur iſrael. Quid enim dic
queſo. Nonne licebat ſine baptiſma
te predicare ⁊ multitudinem facile
ad credendum adducere? Minime:
neqꝫ enim tanto ſtudio omnes feſti
naſſent. ſi ſine baptiſmate fuiſſet pre
dicatum: neqꝫ niſi ex comparatione
eius excellentiam didiciſſent. Si-
quidem multitudo. non vt predica-
tionem audiret. ſed vt confeſſi pec
cata baptiſarentur concurrebat.
Aduenientes chriſti doctrina imbu
ebantur. et baptiſmatis intellige-
bant differentiam: quantum iudai-
ce inſtitutioni preſtaret. Idcirco om
nes confluebant. Nec tamen ſic erat

in precio. Quomodo igitur cogno
uiſti eum? Quia ſpiritus deſcendit.
Uerum ne quis ſpiritus: quemad-
modum nos: eum indiguiſſe arbitra
retur. audi quo pacto hanc tollit ſu
ſpicionem: vt oſtendat ſpiritum ad
chriſtum adnunciandum deſcendiſ-
ſe. Nam cum dixiſſet: et ego neſcie-
bam illum. addidit. Sed qui miſit
me baptizare: ille mihi dixit. Su-
per quem videris ſpiritum deſcen
dentem: et manentem ſuper eum: hic
eſt qui baptiſat in ſpiritu ſancto. Ui
des ad hoc veniſſe ſpiritum vt chri
ſtum oſtenderet? Non erat Johan
nis ſuſpectum teſtimonium. nihilo-
minus vt id probabilius faceret ad
deum et ſpiritum ſanctum relegauit
Cum enim rem tam magnam ⁊ ad
mirabilem dignam q̄ꝫ que omnes in
admirationem conuerteret: teſtifica
retur. videlicet ꝙ vniuerſi orbis ter
rarum ſolus peccata auferret: et tā
tam multitudinem abluendam diui
ni muneris magnitudo ſufficeret:
huiuſmodi iam ſententiam confir-
mat. Confirmatio autem eſt ꝙ fili
us dei ſit: neqꝫ baptiſmate indigeat;
et ꝙ idcirco ſpiritus deſcendit: vt
eum duntaxat manifeſtaret. Non
enim erat Johannis dare: quod ab
eo baptizati ſignificabant cum di
cerent. Sed neqꝫ ſi ſpiritus ſanctus
eſt audiuimus. Non enim baptiſma
te chriſtus: neqꝫ illo: neqꝫ alia re. ſed
baptiſma: chriſti indiguit gratia.
Hoc enim fons et caput omnium
bonorum relinquebatur: vt ſcilicet
qui baptizarentur: digni eſſent ſpiri
tu ſancto. Hanc igitur ſpiritus ſa
nctitatem aduentu ſuo impleuit: et
teſtimonium perhibuit Johannes
dicens. Qꝛ vidi ſpiritum deſcenden

tem quaſi

v

columbam de celo: et manenteʒ ſup
eum et ego neſciebam eum. Sʒ qui
miſit me baptizare in aqua ille mihi
dixit. Super quem videris ſpirituʒ
deſcendentem: ⁊ manentem ſuper eū
hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto
et ego vidi: et teſtimonium perhibui
quia hic eſt filiꝰ dei. Frequenter hac
vtitur particula, neſciebam eum.
Quanam gratia? Ex cognatione iū
ctus erat ſecundum carnem. Ecce eī
inquit Elizabet cognata tua: et ipa
concepit filium. Ne igitur videre
tur ad voluntatem loqui: eius cog
nationis gratia inquit. Neſciebam
eum. et merito ſane. Qui in deſerto
extra paternam domū a pueris ver
ſatus erat. quid mirum ſi chriſtum
neſciebat anteꝗ̄ ſpiritus deſcende
ret? Et ſi ante baptiſma eum cogno
uit: prohibebat eū dicens. Ego a te
debeo baptizari. Hoc enim ſignum
erat certiſſime cognitionis. non ta
men multo ante tempore eius noti
tiam habuit. Nec ab re. Miracula
enim que a pueris chriſtus fecerat.
vt de magis ⁊ alia huiuſmodi. diu an
te: Johanne adhuc infante contige
rant. Interea multo intercedēte tē
pore: minime mirum ſi ignorabatur.
Nam ſi antea notus fuiſſʒ non vti
ꝗ̄ dixiſſet. Ut manifeſtetur in iſrael
propterea veni baptizans. Hinc
conſtat ſigna illa ⁊ miracula que in
chriſti puericia feruntur: vera non
eſſe. Nam ſi a pueris miracula face
re cepiſſʒ: n̄ ſane eū Johēs ignoraſſʒ
nec reliqua multitudo indiguiſſet
magiſtro: qui ipſum manifeſtaret.
Nunc auteʒ inquit: propter hoc ve
ni vt manifeſtetur iſrael. Sed qua
nam ratione inquit. Ego debeo a
te baptiſari? Dein de vtpote qui ma
nifeſtius euʒ cognoſceret: turbis eū
manifeſtauit dicens. hic eſt qui ba
ptizat in ſpiritu ſancto: quem dixi
poſt me venit vir: qui ante me factꝰ
eſt. Quia ⁊ qui miſit me baptizare
in aqua. propterea miſit me vt ma
nifeſtetur iſrael. Ipſe ante deſcenſuʒ
ſpiritus: Johanni reuelatus eſt. Jo
circo ⁊ anteꝗ̄ veniſſet: dixit. Poſt
me venit vir: q̄ añ me factꝰ eſt. Ne
ſciebat igitur antequam chriſtus ad
Johānez veniret, ſed cū baptiſandꝰ
eſſet tunc eum cognouit ⁊ maxime
cum pater euʒ prophete reuelaſſet:
et ſpiritus iudeis (quorum gratia
deſcenderat) qui baptizaretur oſten
diſſet. Itaqȝ ne Johannis contem
neretur teſtimonium cum inquit.
Quia prior me erat: et in ſpiritu ba
ptizat: et iudicabit orbem terrarum
Jdeo pater ipſe voce ſua filium pro
feſſus eſt: et ſpiritus ſupra chriſti ca
put deſcendit. Cum enim alter ba
ptizaret: alter baptizaretur. ne quis
de Johanne id verbum dictum ar
bitraretur: venit ſpiritus qui huiuſ
modi amouit dubitationem. Itaqȝ
cum inquit. Neſciebam eum. ſuperi
ora tempora reſpicit. non que circa
baptiſma fuerant. Nam quo pacto
prohibuiſſet dicens. Ego debeo a te
baptizari? quomodo hec de eo loque
retur? Sed quid non credebant iu
dei? Non enim ſolus Johannes vi
dit ſpiritum in columbe ſimilitudi
nem. Quoniam hoc myſterium non
corporeis tantum oculis indigebat
ſed mentis potius. ne inanis ſpecies
putaretur. Nam ſi miracula facien
tem chriſtum. cum tactu ſolo infir
mos ſanaret: mortuos vite redderet
videntes iudei non crediderunt. ſed
inuidia perciti: contraria ſibi videre
videbantur. quo pacto ſolo ſpiritus
aduentu abieciſſent incredulitateʒ?
Quidam autem dicunt. non omnes
ſed Johannem tantum; ⁊ quoſdam

vita et moribus probatiores ſpiri
tum vidiſſe. Nam etſi corporeis o-
culis in columbe ſpeciez ſpiritus de
ſcendens videri poterat. non tamen
neceſſario ſequebatur: vt ab omni-
bus ſpectaretur. Etenim Zachari
as ſub corporea imagine multa con
ſpicatus eſt. necnon ⁊ Daniel ⁊ Hie
zechiel. nullum tamen viſionis ſoci
um habuerūt. Preterea Moiſes mul
ta vidit: qualia aliorum nemo. Et
tranſfigurationem in monte: non
omnes viderunt diſcipuli. Sed ne
qȝ in reſurrectiōe viſionis illius om
nes fuere participes. Quod ſignifi
cauit Lucas cum inquit. Qui dedit
eum manifeſtum fieri teſtibus preor
dinatis. Et ego vidi ⁊ teſtimonium
perhibui. quia hic eſt filius dei. Ag
num ipſum appellauit: atqȝ ꝙ ſpiritu
baptizare deberet profeſſus eſt. Fili
um autem dei nequaquam. Atqui
poſt baptiſma nihil ipſum dixiſſe ſcri
bunt alij euangeliſte. Veruz omiſſis
que interea facta ſunt: poſt captum
Johannez: miracula proſequuntur
Ex quo non immerito cōiectari poſ
ſumus. ꝙ ⁊ hec ⁊ alia plura preter
miſerint. Quod etiam hic euangeli
ſta in fine operis ſui demonſtrauit.
Tantum autem abeſt vt fingant ali
quid magnum de eo. vt que viden
tur exprobrāda eſſe: omnes vno ore
diligentiſſime poſuerint. neqȝ inueni
res qui eorum quicqȝ relinqueret.
Miracula autem: alij alia omiſerunt
alia nemo meminit. Hec nō temere
dixi. ſed ad contundendam gentiliū
impudentiaz. ſufficiens ſane hoc ad
diſcipuloruz mores oſtendendos ex
emplum ꝙ nihil ad gratiam loquan
tur. poteritis qȝ aduerſus fidei oppu
gnatores his muniri ratiōibus.
Verum attendite queſo (Etenim
abſurdum eſt) ꝙ medicus: coriari9:
textor: ⁊ omnes generatim opifices
quiſqȝ pro artis ſue profeſſione pu
gnet. Chriſtian9 autez non poſſit vl
lam religionis ſue afferre rationem.
Atqui: ille artes neglecte: ad pecu-
niam damnum referunt. huius autē
contemptus: anime detrimentuz af
fert: et tamen tanta miſeria: tanta ī-
ſania laboramus: vt in illas omnez
curam: cogitationem qȝ adhibeam9.
neceſſaria autem et ſalutis noſtre
munimenta firmiſſima: pro nihilo
ducimus. Hoc non ſinit gentiles re
cognoſcere errorem ſuum: atqȝ deri-
dere. Nam cum ipſi mendacio initi.
omnia faciant vt dogmatum ſuoruz
ignominiam defendant. nos autem
veritatis cultores: ne hiſcere quidez
ad noſtra tutanda poſſimus. que
cauſa eſt quin doctrine noſtre nimiā
damnent imbecillitatem: quin frau
dem et ſtultitiam in nobis ſuſpicen
tur: quin chriſto tanquam mendaci
et multitudinis ſtultitia fraudē ſua
abutenti maledicant. huius nos cau
ſa blaſphemie. Nos inquam qui no
lumus pijs religionis noſtre ſermo-
nibus inuigilare. ſed ſuperuacuis et
caducis rebus curam omnem adhi
bemus. et qui ſaltationis: ⁊ aurigan
di: et beſtias conficiendi ſtudio: de-
lectantur. huiuſmodi certaminibus
totis viribus incumbunt. ne inferi
ores euadant: et ſtudia ſua maiorem
in modum laudant: et aduerſus eo-
rum accuſatores: excuſationem me-
ditantur. qui vero reprehendit: ma
ledictis proſequuntur. In chriſtia
na autem religione defendenda: nul
la cura adhibita torpeſcimus: oſci-
tamus: maxime ridiculi deprehen-
dimur. et quid non ſummam dei ſub
imus indignationem. cum chriſtum
inferiore loco qȝ ſaltatorem habea-
mus. Horum enim opera quamuis

turpiſſima: multis modis excuſare
admittimur. chriſti miracula q̄tis
orbem terrarum conuerterint: neqꝫ
ītelligere: neqꝫ curare videmur. Cre
dimus in patrem et filium et ſpiri-
tum ſanctum. in reſurrectionem cor-
porum. in vitam eternam. Si quis
gentilium percontaretur. Quis hic
pater ē? Quis filius? Quis ſpiritus
ſanctus? Tres deos aſſeritis: et nos
plurium deorum aſſertores reprehē
ditis? Quid ad hoc diceritis? Quid re
ſpondebitis? Quo pacto has diſſol-
ueris obiectiones. Quid autē ſi vo
bis ad hec obmuteſcentibus aliam
inferat queſtionē. An in hoc corpo
re an in alio reſurrecturi ſimus. Et
ſi in hoc: que neceſſitas vt diſſolua-
tur? Quid preterea: hoc tandem: et
non ſuperiori tempore: chriſtus hu-
manam carnem accepit? Quid ei in
preſentia potius q̄ tot ſuperioribus
ſeculis viſū eſt: humano generi pro
uidere? Neqꝫ enim neceſſarium eſt:
vt qui plures preterea queſtiones
accumulat: earum conticeat ſolutio-
nes: ne rudiorib⁹ obſit. Arbitramur
ſane que diximus ſuffectura ad ſom-
num veſtrū excutiendū. Quid igi
tur ſi hec et huiuſmodi percontaren
tur. Non poteſtis ipſa verba audire
quod nos queſo manet ſupplicium.
cū tanti ſimus erroris autores: iis
qui in tenebris īuoluuntur. Vellem
ſi horum ſtudio teneremini. huc in
medium impij alicuius gentilis phi
loſophi contra nos librum proferre:
contra ſermonis huius: vt hac vos
ratione excitarē: ⁊ deſidiam veſtrā
excuterem. Nam ſi illi vt contra re
ligionem noſtram loquerentur tan-
topere inuigilarunt. qua nos venia
dignamur: niſi hu⁹modi cōtra nos
inſultus propulſare calleam⁹. Hoc
nos Paulus precipit. Inquit enim
parati ſemper ad ſatiſfactionem om
ni poſcenti vos rationem: de ea que
in vobis eſt fide: ⁊ ſpe. Et iterum.
Verbum chriſti inhabitet in vobis
abundanter. ſed quid ad hec reſpon
dēt fucis ſtultiores? Benedicta om
nis anima ſimplex. ⁊ qui ſimpliciter
ābulat in fiducia ābulat. Hoc nāqꝫ
omniū malorū cauſa eſt: ꝙ non mul
ti ſcripturarum teſtimonia in opor
tunis rebus ſciunt adducere. Non
enim eo loco ſimplex pro ſtulto: ⁊ ꝓ
eo qui nihil nouit intelligendū ē. ſed
pro non malo: non verſuto. Nam ſi
ita intelligeretur ſuperuacaneū fu
iſſet dicere. Eſtote prudentes ſicut
ſerpentes: ⁊ ſimplices ſicut columbe
Sed quid hec cum in nullā huius
diſputationis adducamur neceſſita
tē? Preterea neqꝫ alia in hac vita no
bis recte efficiuntur. ſed vndiqꝫ miſe
ri: vndiqꝫ ridiculi: ī mutuas ſemper
calamitates intenti. In corrigendis
⁊ accuſandis criminibus: pigri: oſci
tamus. Quamobrem vos hortor
nunc ſaltem veſtri iuris facti: ne in
reprehendendo tantum perſeuere
tis. Siquidem non ſatis eſt ad pla
candum deum. ſed optimam vitam
induamini: vt ad gloriam dei in hoc
ſeculo viuentes: futuram omnes cō
ſequamur. Gratia ⁊ benignitate do
mini noſtri Jeſu chriſti: per quē et
cum quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui
ſancto in ſecula Amen.

## Homelia xvii.

ex capitulo primo

Altera die iterū ſtabat Jo
hannes: ⁊ ex diſcipulis ei⁹
duo ⁊ reſpiciēs Jeſuꝫ ābu
lātē dicē. Ecce agn⁹ dei. et
audierunt euꝫ duo diſcipuli loquen
tem. et ſecuti ſunt ieſum. Pigra quo
dammodo humaua vita eſt: et ad ꝑ
ditionem procliuis. non propter na
ture ſue opificium. ſed propter vo
luntatis deſidiam. Quamobrem ſe
pius admonendum eſt. Unde Pau
lus. Hec ſcribere mihi quidem non
graue. vobis autem tutum. Terra
enim ſemel accepto ſemine mox pro
fert fructus: neqꝫ indiget altera ſati
one. In anima noſtra non ita vſu
uenit. ſed frequenter et ſumma cum
diligentia in ea ſerendum eſt: vt ſe
mel ſaltem fructum accipiat. primuꝫ
enim non facile inſident: ⁊ imprimū
tur animo verba dei. quoniam mul
ta ſeq̄tur difficultas. multis obſtru
itur ſpinis anima. multi adſunt inſi
diatores: ſemina diripientes. Dein
de cum germinant ⁊ radices agunt
ſemina: iterum indigent diligentia:
vt ad maturitatem perueniant: et
cum peruenerint vt integra per
ſtent: et a nemine ledant̄. In ſemini
bus enim cum e vagina ſpica erupit
⁊ rubiginem et cetera noxia facile
contemnit. In doctrina autem per
fectum opus: nonnunquam aliqua
incumbens tempeſtas et fluctus ꝑ
didit. id qꝫ et rerum difficultate: et
hominum qui ſciunt et volunt lede
re fraudibus varijs qꝫ alijs tentati
onibus penitus labefactatur. Hec
autem non temere vobis dicta ſunt
ſed vt quotiens idem Johanneꝫ re
petentem audieris: nolis tanquam
nugatorem contemnere: neqꝫ ſuper
fluum et moleſtum arbitrari. volu
it enim ſemel audiri. ſed cum nō mul
ti ei⁹ verbis a principio nimio ſom
no oſcitantes vacauerint iterum
eos excitat. Conſidera autem eius
verba: inquit enim. Qui poſt me ve
nit ante me factus eſt. Et item. Nō
ſum dignus ſoluere eius corrigiam
calciamenti. Et iterum. Hic eſt qui
baptizat in ſpiritu ſancto et igne.
Qꝫ ſpiritus viſus eſt deſcendens
quaſi columba ſuper eum. Et ꝙ te
ſtimonium perhibuit. quoniam hic
eſt filius dei. Nemo his verbis at
tendit. nemo rogauit cur: pro quo:
et qua ratione id diceret. Dixit pre
terea. Ecce agnus dei: ecce qui tol
lit peccata mundi. Neqꝫ hoc vlla
eos admiratione affecit. Idcirco re
petere cogitur tanqꝫ duram quan
dam et immitem terram nouali fre
quenter molliens: et ſermone tanqꝫ
aratro ſubactam mentem excitans
Hoc pacto ſemina alte deijcit. Pro
pterea non longiori vſus eſt orati
one. quoniam vnum tantum cura
bat: vt chriſto omnium animos con
iungeret. Norat enim ſi hoc recipe
rent: non amplius teſtimonio alicu
ius indigere: vt factum eſt. Nam ſi
Samaritani audito chriſti ſermo
ne: dicunt mulieri. Non iam pro
pter tuam loquelam credimus. ipſi
enim audiuimus et ſcimus. quia hic
eſt vere ſaluator mundi. Longe ma
gis diſcipuli id feciſſent: effeceruntqꝫ
Nam cum abeuntes vno tantum
veſperi chriſtum audiſſent. non am
plius reuerterunt: vt et Johanni
miniſtrarent: et eius audirent pre
dicationem. Inuenit enī hic primuꝫ
inquit fratrem ſuum Simonem. et
dicit ei. Inuenimus meſſiam: quod
eſt interpretatum chriſtus. Intue
ere hoc etiam loco: ꝙ neqꝫ cum di
xit. poſt me venturus eſt: qui an
te me factus eſt: neqꝫ cum. Non ſuꝫ
dignus ſoluere eius corrigiam cal

ciamenti : quenquam lucratus eſt.
Uerum cum de chriſti generatione
verba habere:et in humiliorem ſer-
monem deſcendere cepit.tunc ſecuti
ſunt diſcipuli . Unde animaduerten
dum eſt.ꝙ non tam multi ad chri-
ſtum ſectandum adducuntur : quan
do magnum aliquid et altuꝫ de deo
dicitur.ſicut cum ad humiliora :⁊ ad
auditorum ſalutem accomodatiora:
deſcenditur . Audiuerunt igitur a
Johanne ꝙ tollit peccata mundi:
et eueſtigio ad eum properarūt. Nā
ſi peccata abluere et ſine labore no-
ſtro ijs nos liberare poteſt cur tan
tam reijcimus gratiaꝫ ? Audiant ca
thecumini:et qui ad vltimam vſqꝫ
ſpiritum propriam contemnunt ſa-
lutem. Iteruꝫ inſtat Johannes . Ec
ce agnus dei ? Nihil chriſtus ſed ille
omnia loquitur.ita et ſponſus : ni-
hil ad ſponſam primo loquitur .ſed
ſilet. Alij ipſum oſtendunt .alij ſpon
ſam accipiunt.cui tantum monſtra
tur:neqꝫ a ſeipſo eaꝫ.ſed alio traden
te accipit ſponſus . Cum vero tradi
tam acceperit.ita ei afficitur : vt mi
nime amplius deſpondentium remi
niſcatur . Ita chriſtus venit vt ec
cleſiam componeret . nullum ipſe
verbum fecit. tantum preſto fuit a-
micus eius Johannes.dextram im
poſuit ſponſe .ipſe verba habuit.et
hominum animas chriſto tradidit.
Quibus acceptis ita formauit : vt
non amplius ad Johannem eſſet re
deundum. Aliud preterea animad-
uertendum eſt . Qꝫ quemadmodum
in nuptijs:non ſponſa ſponſuꝫ petit.
ſed contra :etiamſi regis filius vileꝫ
ancillam duceret.ita nunc non in ce
luꝫ humana aſcendit natura.ſed ipſe
deus ad hanc deſcēdit: quamuis hu
milem: quamuis contemptam. Re
autem perfecta non permiſit eā am
plius hic immorari .ſed ad patriam
domuꝫ ſuſtulit. Sed quanaꝫ gratia
non ſeorſum ſuis conuocatis diſcipu
lis. Johannes hec cum ijs loquitur
et ita eos chriſto commendabat .ſed
omnibus preſentibus inquit ad eos
Ecce agnus dei ? Ne videretur id
ex compoſito feciſſe. Nam ſi ipſius
hortatu:et tanqꝫ gratiaꝫ ei haberēt
chriſtuꝫ petijſſent.reſiliſſent fortaſſe
Nunc autez ex cōmuni doctrina eū
ſecuti.firmi perſtiterūt diſcipuli. nō
magiſtri gratiam.ſed propriaꝫ tātū
ſpectantes vtilitateꝫ . Prophete et
apoſtoli omnes abſentem chriſtum
predicauerunt. Illi quidem ante.hi
vero poſt acceptaꝫ carnem. Johan
nes autem ſolus preſentem. Quare
amicum ipſum ſponſi appellat . Affu
it enim ſolus nuptijs: omnia fecit.
omnia ad finem perduxit . ipſe rem
orſus eſt ⁊ viſo ieſu ambulante in-
quit . Ecce agnus dei . Neqꝫ voce
tantum.ſed et oculus chriſtum teſta
tus eſt et admiratus : et incredibili
gaudio exultauit . Neqꝫ iam exhor
tatur.ſed admiratur ⁊ obſtupeſcit p̄-
ſentem:et dei donum quod adnunci
aturus venerat:et purgationis mo
dum manifeſtat. Agnus enim vtrū
qꝫ ſignificat . Neqꝫ dixit qui tollet
aut tulit.ſed tollit peccata mundi:
vt quotidie ea tollere intelligatur.
Non enim cum paſſus eſt : ſolum
noſtra abſtulit peccata . ſed ex illo
hactenus tollit . Non ſemper cru
cifigitur . vnum nanqꝫ pro peccatis
noſtris tulit ſacrificium . ſed ſemper
per illud nos purgat . Quemad-
modum igitur cum verbum dixit:
et filium vtrunqꝫ pre ceteris eximi
um intellexit:ita et agnus ⁊ prophe
ta:⁊ lux vera:et paſtor bon⁹:⁊ alia
q̄ ab eo articuli adiectione dicta ſūt.
Precipuū quidē ⁊ ceteris preſtātiꝰ

demonſtrant. Etenim et agni ⁊ pro
phete ⁊ filij multi ſūt. ſed hic longe
pſtat. Neqꝫ articulo ſolo ſꝫ vnigeni
ti quoqꝫ adiectione hoc confirmat.
Nihil enim cuꝫ creatura cōicat. De
ſi cui non idoneo tempore hora vi
delicet decima hec dicta viderentur
(hora enī inquit quaſi decima erat)
multum mea ſententia fallitur. Mū
di nāqꝫ hominibꝰ carnis ꝙ volupta
tibus deditis: id tempus non admo
dum comoduꝫ eſt: ad aliquid ſerio ꝑ
agendum. eo ꝙ mens cibo ingraue
ſcit. Johannes aūt etiam veſperi tā
ſobrius erat: ꝙ nos ſub aurora. imo
longe magis. Nam ſepenumero ve
ſpertini cibi reliquie: animi ſolertiā
mane etiam habebant. ille auteꝫ nul
lo huiuſmodi onere pmebatur. Nō
igitur immerito ſub veſperum hunc
ſermonem habuit. Propterea in de
ſerto conuerſabatur: iuxta iordanē:
quo omēs ſummo feruore ad bapti
ſma concurrebant: parum ſecularia
curantes: ⁊ vt chriſtum ſectarentur
triduo cibis omnibus abſtinebant.
Hoc enim ſtudioſi preconis: et dili
gentis agricole officiuꝫ eſt. vt non ꝑ
us ab opere deſiſtant: ꝙ quod inten
dunt effecerint. Sed quid tandē nō
vniuerſaꝫ iudeaꝫ chriſtum adnunci
ando peragrauit? Quid iuxta iorda
nem tantum īmoratus: veniente ex
pectauit quem oſtenderet? quoniam
per opera id fieri volebat. Id cura
bat vt chriſtus noſceretur ⁊ perſua
deret: vt vitam eternam audirent. il
li maius: operum ſcilꝫ: reliquit teſti
monium. quemadmoduꝫ ipſe inquit
Ego ab homine nō accipio teſtimo
nium. opera que dedit mihi pater:
hec ſunt que teſtimoniuꝫ perhibent
de me. Uide quanto hoc clarius ſit.
Cum enim ſcintillam paruam exci
taſſ: repente flamma ad ſummum
euaſit. Nam qui prius Johannis
verbis minime mouebantur. poſt
modum dicunt: quecūqꝫ Johannes
dixerit vera eſſe. Accedit ad hoc: ꝙ
ſi in his adnunciandis orbem pera
graſſet. humano quodam ſtudio id
feciſſe videretur: et non parua audi
torum animis orta eſſet ſuſpicio. Et
audierunt eum duo diſcipuli loquē
tem: et ſecuti ſunt Jeſum. Atqui: et
alij erant Johanni diſcipuli: qui nō
modo non ſecuti ſunt. ſed ei emula
bantur. Dicebant enim. Rabbi. qui
erat tecum trans iordanem: cui tu
teſtimonium perhibuiſti. Ecce hic
baptizat et omnes veniunt ad eum
Et iterum videntur eum accuſare.
Quare nos ieiunamus et diſcipuli
tui non ieiunant? Sed meliores: nul
lo alio affectu perturbati: audito Jo
hanne eueſtigio ſecuti ſunt Jeſum
non ꝙ magiſtrum deſpicerent. ſed ꝙ
certam fidem eius adhiberent teſti
monio. Maximū autem argumentū
eſt recta eos mente ſecutos: ꝙ nullo
hortatu. ſuſpicioſum enim fuiſſet. ſed
ſolo auditu: ꝙ in ſpiritu ſancto eſſet
baptizaturus: ſecuti ſunt: neqꝫ ma
giſtrum reliquerunt. ſed quid ille am
plius ꝙ Johannes ferret: ediſcere
voluerunt. Et animaduerte vere
cundam diligentiam. Nom enim ꝙ
primum de magnis ⁊ neceſſarijs re
bus Jeſum percontantur: neqꝫ de
publicis ſimpliciter. ſed proprijs.
Norant enim non vilia et abiecta.
ſed vera eſſe magiſtri verba. Erat
auteꝫ Andreas frater Simonis pe
tri vnus ex duobus: qui audierant
a Johanne: et ſecuti fuerunt eum.
Qua gratia alterius non meminit?
Sunt qui dicunt quoniam ipſe ſit
euangeliſta: qui ſecutus eſt. alij ꝙ
obſcurus eſſet. Neqꝫ preter neceſſa
ria ſibi dicenda ducit. Nulla enim

vtilitas eius nominis cognoſcendi
Neqꝫ ſeptuagītaduo ſuis quiſqꝫ no
minibꝰ cognoſcuntur. Ita et Paulꝰ
Miſimus inquit cum eo fratrem in
multis ſepe ſtudioſuꝫ. cuius laus in
euangelio. Andree aūt meminit. vel
hanc ob cauſam. vt cum audieris ipi
⁊ Simoni chriſtuꝫ dicenteꝫ. Venite
poſt me faciam vos fieri piſcatores
hominum. tam admirabileꝫ promiſſi
onem. intelligas cur non dubitaret
⁊ fratreꝫ iam fidei iecisſe fundamen
ta. Conuerſus auteꝫ Jeſus ⁊ vidēs
eos ſequentes dicit eis. Quid queri-
tis? Hinc admoneri poſſumus deuꝫ
ſuis in nos beneficijs: noſtras nō p-
uenire voluntates. ſed a nobis inci-
piendūꝫ eſſe. ſed cum nos promptu
paratoqꝫ animo ad ſuſcipiendaꝫ gra
tiaꝫ exhibemus. tunc multas nobis
offert ſalutis occaſiones. Quid que
ritis? Quid ſibi vult hec interroga
tio? Qui humanoruꝫ cordiuꝫ ſcruta
tor eſt: qui cogitationes noſtras ap
te intuetur: is interrogat. non vt ſci
at (ſcit enim) ſed vt rogando eos ſi-
bi conciliet: ⁊ familiares reddat atꝫ
audētiores: ſeqꝫ ſuo eos dignari col
loquio oſtendat. Credibile enī erat
eos ſubuereri ⁊ formidare. cuꝫ ſe ru
des intelligerent: ⁊ tantū de illo ma
giſtri accepiſſent teſtimoniuꝫ. Amo
uende igitur verecundie. et timoris
gratia rogat: neqꝫ domū vſqꝫ: ſilen-
tio ſinit peruenire. Atqui: ideꝫ eo ta
cente euenisſꝫ ſecuti eſſent. Cur igiť
rogat? Ut eos vt dixi bona ſpe con
firmaret ne erubeſcēnt: heſitarēt qꝫ.
Nec ex ſequentibus tm̄. ſed ex inter
rogatione: eorum oſtendit deſideriū
Siquidem cum nihil adhuc magnū
neqꝫ vidiſſent: neqꝫ audiſſent ab eo
magiſtruꝫ appellant: ſe diſcipulis an
numerant: et cur ſequantur oſtēdūt
vt videliceꝫ aliquid vtile decerperēt
Animaduerte queſo horum pruden

tiam. Non dixerunt. Doceas quid ſe
quamur: quid neceſſario faciendum.
ſed Rabbi inquiūt: vbi habitas? In
ocio eniꝫ vt dixi: et rogare: ⁊ audire
aliquid ab eo volebant. idcirco neqꝫ
tempus diſtulerūt: neqꝫ ſe poſtridie
publice diſputanteꝫ audituros dixe
runt. ſed vehemens audiendi deſide-
rium pre ſe ferunt: ne horaꝫ quidem
dimittētes. Et animaduerte animi
ardorem. O memorabileꝫ illorum ſa
pientiaꝫ. O diligentiam. O in magi-
ſtrum fideꝫ. Etenim iam ſol ad occa
ſum properabat (hora enim erat q̄ſi
decima) ⁊ propterea etiam chriſtus
domū non doceꝫ. ſed allicit ſequentes
oſtendens iam in ſuos accepiſſe. Nō
dixit igitur intempeſtiuū eſſe vt ad
ſe proficiſcerentur. ſed venite inquit
⁊ videte vbi habitem. Non dicit au
dietis cras ſi quid vultis: neqꝫ tunc
miſſos fecit. ſed tanq̄ꝫ amicos: longa
deuictos conſuetudine alloquitur.
Quo igitur pacto inquit filius ho-
minis non habꝫ vbi caput inclinet?
quoniam nullum habuit propriū di
uerſorium. Ita ea intelligenda ē pa
rabola. Non ꝙ domuꝫ non habita-
ret. hoc aūt dixit euangeliſta. quia
apud eum ea die moram traxerunt.
Sꝫ cur nō id addidit? Tanq̄ꝫ mani
feſtum eſſꝫ. Neqꝫ enim alia ratione
ſecuti ſunt: neqꝫ chriſtus, eos allexit
q̄ꝫ vt erudiret: quod tam largiter et
prompte vna nocte acceperunt: vt
mox vterqꝫ alios allicerent. Hinc
facile admonemur om̄ia pre diuina-
rum rerum doctrina: ⁊ vna ⁊ ſuper-
flua eſtimanda. ad eum aūt nullū tē
pus eſſe intempeſtiuum. q̄ꝫuis aliena
domus ingredienda ſit: ⁊ magnꝰ vir
⁊ clarus et iaꝫ ab obſcuro petendus
et intempeſtiue: nunq̄ꝫ huiꝰ doctrine
occaſio contemnenda eſt. Cibus enī
⁊ balnea: ⁊ cene: ⁊ reliqua ſecularia
ſtatutū tempus habent. ſupne auteꝫ

ſapientie doctrina nullo tempore cir
cunſcribitur. ſ3 omne ei tempus ac
commodatum eſt. Oportune inqt.
importune: argue: obſecra: increpa.
Et propheta. In lege eius medita
bitur die ac nocte. Et Moiſes hoc
iudeis ſemper precipit. ſecularia enī.
hoc eſt: balnea: cene: que neceſſaria
ſunt et frequenter petimus: corpus
imbecillius reddunt. Anime autem
doctrina quanto magis imbuimur:
tanto fortior anima efficitur. Verū
enimuero in deliramentis ⁊ nugis
inutiliter vniuerſum tempus conſu
mim⁹. ⁊ aurora: crepuſculo: meridie
veſpere: fruſtra deſidemus. locu3 ad
hec conſtituimus. Diuinum autem
pabulum ſi ſemel: bis ve ad ſummū:
audimus: tanqꝫ ſaturi nauſeamus.
Quenam horum cauſa? Parua ani
mi affectio. Concupiſcentiam circa
hec ⁊ appetitu3 diſſoluimus: ⁊ idcir-
co ſpiritalem cibum faſtidim⁹. Ma-
gnum autem ⁊ hoc preter alia egri
tudinis indicium. ꝙ neqꝫ eſurimus
neqꝫ ſitimus. ſed vtrunqꝫ nobis in-
iocundum eſt. Na3 ſi in corporibus
id eſt grauiſſimi morbi ſignu3: longe
magis in anima. Quonam igitur pa
cto oſcitantem eam: ⁊ diſſoluta3: qui
bus operibus: quibus verbis ſanci
re poterimus? Si diuinos ſermōes:
propheticos: apoſtolicos: euangeli
cos: ⁊ alios omnes: familiares habu
erimus. tunc longe hos meliores gu
ſtatu cibos: qꝫ ſeculi immundos cog
noſcemus. Hoc nanqꝫ nomine inte
peſtiuas nugas ⁊ ſodalitates appel
lare lib3. Quid enim queſo melius:
de forenſibus ne: iudicialibus qꝫ ne-
gotijs: an de celeſtibus: et que poſt
noſtram hinc migrationem expecta
mus: diſputare? Quid ſatius: proxi-
mi res ⁊ alienas diligenter curare:
angelicas plurimum nobis conferē
tes: inquirere? Res vicini non omni
no tue. ſed celeſtes tue ſunt. Sed
licet inquit qui om̄ino hec dicit. om
nia impleat. Quid autem de quibus
temere diſputatis non intelligitis.
ſed omnem vitam in hoc conſumen
tes: nullu3 adhuc diſputationis finē
inuenitis. Neqꝫ adhuc grauiora di
co. Humaniores enim hec inuicem
diſputant. pigri aute3 ⁊ negligentes
de mimis: ſaltatorib⁹: aurigis ſermo
nem faciunt. ita ⁊ auditum ſimul et
animam coinquinant: naturam his
confabulationibus in omne viciorꝫ
genus precipitem agentes: ſimulac
eni3 ſaltatoris nomen lingua protu
lit: animus eius ſibi faciem: comam:
mollem veſtem: et his illum longe
molliorem effingit. Alius ex forni
carie mulieris ſermone: verbis for-
ma: limis: atqꝫ laſciuis oculis: delica
to aſpectu: capillorum in orbem fle-
xibus: fuco pictis genis: flammam
fouet. Nōne queſo in preſentia his
verbis toto animo commouemini?
Verum non pudet: neqꝫ erubeſcitis
Naturali enim neceſſitate hi mot⁹
exoriuntur. Q ſi ī eccleſia ⁊ ab illis
procul irritamentis. noſtris tamen
ſermonibus non nihil incaleſcitis.
conſiderate qules eſſe par eſt eorum
affectus: qui in ipſo ſedent ſpectacu
lo: quibus plurima licentia eſt: et ex-
tra hunc honeſtum reuerendum qꝫ
conſeſſum: abiecto pudore: ⁊ vident
illa ⁊ audiunt. Et quid tandem ali
quis fortaſſe imprudentior dicet: ſi
nature neceſſitas animum ita afficit
nos: non illam arguis? Quoniam ꝙ
auditor moueatur naturale quidem
eſt: fateor. Q aute3 audiat volunta
rium. Siquidem neceſſarium eſt vt
qui igni appropinquat exuratur: et
hoc hūane nature imbecillitas exi
git. Non tamen nos natura igni ad
mouet. Hoc enim praue ⁊ peruerſe
voluntatis eſt. Admonendum igit̄

cenſeo: ne ſponte noſtra' noſipſos p̄
cipites in ignem demus: neue in pro
fundum malicie pelagus demerga-
mur ne parate diabolo flamme ob-
noxij: cum illo in perpetuum damne
mur ſupplicium: a quo vtinam libe
ri in ipſos Abrahe ſin⁹ recipiamur
Gratia ⁊ benignitate domini noſtri
Jeſu chriſti cum quo patri gloria ſi
mul ⁊ ſpiritui ſancto in ſecula ſeculo
rum Amen.

## Homelia xviii. ex capitulo primo

Inuenit hic primum fratrem
ſuum Simonem et dixit ei
Inuenimus Meſſiam: quod
ē interpretatū chriſtus: et adduxit
eum ad Jeſum. Cum a principio de
us hominem fingeret: noluit ſolum
eſſe. ſed ei dedit mulieris auxilium:
et vt vna cohabitarent: inſtituit.
Norat enim hac mutua conſuetudi
ne multum vtriqꝫ emolumenti pro-
uenturum. Quid ſi non vt decuit
mulier tanto vſa eſt beneficio? Naꝫ
ſi rei ipſius natura conſiderabitur:
magna profecto in hac coniunctiōe
deprehendetur vtilitas. modo ali-
quid ſapiamus. neqꝫ in vxore dun-
taxat ⁊ viro. ſed et fratribus: ſi tan
to ipſi munere frui voluerint. Unde
propheta. Ecce q̄ꝫ bonum inquit et
q̄ꝫ iocundum: habitare fratres in
vnum. Et Paulus. ne eorum con-
gregationem dimitteremus: admo
nuit. Hec eſt inter nos ⁊ beſtias
differentia. Hac gratia ciuitates: fo
ra: domos excogitauimus: vt ſimul
uiueremus. non mutua tantum con
ſuetudine. ſed charitatis vinculo.

Cum enim indiga nobis natura ab
opifice deo tributa ſit. neqꝫ ſibiipſi
ſufficiens. vtilitati noſtre proſpectū
eſt. vt ſcilicet indigentia noſtra mu-
tua conſuetudine iuuaretur. Itaqꝫ
quod alteri deeſt: alterius auxilio
ſuppletur. Non aliter hac mortali
ſucceſſione diutinam immortalitatē
ſeruamus. Longum explicatu eſſet
in preſentia quantum hac inuicem
intima ⁊ ſincera coniunctione vtili
tatis proueniat. ſed aliud intendun⁹
cuius gratia hec nobis dicta ſunt.
Andreas autem cum apud Jeſum
multa didiciſſet: non abſcondit the-
ſaurum. ſed ad fratrem feſtinauit: ac-
cepta bona q̄ꝫ primum communica
turus. Sed qua gratia Johannes:
quem chriſtus ſermonem habuerit
nō enarrauit? Unde cognoſcere poſ
ſumus ꝙ ideo apud chriſtum manſe
rint? Paulo ante id nobis oſtenſum
eſt. et ex hodierna contione etiam
cognoſcere licebit. Quid enim fratri
Andreas dicit? Inuenimus meſſiaꝫ
quod interpretatur chriſtus. Uides
q̄ꝫ cito didicit ſimul ⁊ perſuadentis
magiſtri ſapientiam: et eorum in di-
ſcendo incredibilem a principio dili
gentiam oſtendit? Hoc enim verbū
inuenimus: anime eſt maxime eius
aduentum deſiderantis: et celitus
veniam expectantis. cuius aduentu
exultans: alios euangelij geſtiat fie
ri participes. Hoc fraterni animi co
gnati amoris: ſinceri eſt affectus of
ficium. vt in ſpiritalibus q̄ꝫ diligen
tiſſimam curam adhibeamus: inui
cem opitulemur. Audi andream q̄ꝫ
aſſertiue articuli adiectione dicat.
Inuenimus meſſiam. Unum quen
dam chriſtum expectabant nihil cuꝫ
alijs communicantem. Conſidera
ab ipſo principio fidelem et beniuo
lum Petri animum. Cucurrit cue

ſtigio :nil moratus.Adduxit inquit
eum ad Jeſum.Sed nemo eius dam
net nimiam in credendo facilitatem
niſi prius rem ipſam diligenter intu
eatur.Siquidem credibile eſt An-
dream plura perſuaſioni maxime ac
commodata:narraſſe.Verum euan
geliſte nonnunquam multa breuita
tis gratia:pretermittunt.Preterea
non dicit ei ſtatiʒ perſuaſiſſe.ſed tan
tum adduxiſſe ad Jeſum: vt inde to
tum diſceret. Aderat eniʒ alter di-
ſcipulus doctrine particeps.Naʒ ſi
Johannes baptiſta cum inquit.Ec
ce agnus dei.⁊ qui in ſpiritu bapti-
ʒat:certiorem doctrinam magiſtro
edocendam reliquit:et inde hauriri
hortatus eſt.longe magis Andreas
cum ſuum nõ eſſet officium.neqʒ ad
tanti luminis narrationem ſuffice-
ret ad ipſum fontem fratrem addu
cere oportuit:tanto ſtudio ⁊ alacri-
tate.vt nihil eum auerteret aut mo
raretur. Intuitus autem eum Je-
ſus dixit.Tu es Simon filius iona.
Tu vocaberis cephas :quod inter-
pretatur Petrus.Incipit iam reue
lare diuinitatis myſteria:eaʒ ꝙ pau
latim per prophetias aperire.hoc
pacto et cum Nathanael egit:⁊ cuʒ
muliere Samaritana.Non eniʒ mi
nus ꝙ ſigna:prophetie mouent.ne-
qʒ vllum pre ſe ferunt faſtum.Nam
miracula apud ſtultam plebem non
nunquam calumnia notantur.In
Beelzebub enim inquit eijcit demo
nia.prophetia autem nulli crimini
eſt obnoxia.In Simone enim atqʒ
Nathanael hac doctrine via vſus
eſt non autem in Andrea et Phi
lippo.Quid tandem? Quoniam ille
Johannis habuit teſtimonium:non
paruu ad fidem momenti.Philippus
vero conſpectis qui aderant: facile
perſuaſus eſt.Tu es Simon filius
Jona.Ex preſenti futurum credit:
qui enim patrem nominat.conſtat
eum futurum preuidere: ⁊ honorifi
ce de eo predicit.non adulatione.ſed
veri predictione. quod vel ex Sa
maritana conſtat: quam vehemen
ter reprehendit :preterita eius ope
ra commemorans.Quinque enim
viros habuiſti:et quem nunc habes
non eſt tuus vir.Sic et pater eius:
multa predicit :idolorum arguens
opinionem.Adnuncient que vobis
ventura ſunt.Et iterum adnuncia
ui et ſaluos feci:⁊ non erat in vobis
alienus.Et in tota prophetia hoc
meminit.Hoc enim vel maxime dei
opus eſt:quod neqʒ demones imita
ri poſſunt.quamuis maiorem in mo
dum annitantur.In miraculis eniʒ
ſepe ſub veritatis vmbra decipi poſ
ſumus.predictio futurorum immor
talis dei duntaxat opus eſt.Et ſi
quando demones aliquid predixe-
runt:ſtultum et incautum vulgus
deceperunt.eorum nanqʒ vaticinia:
paſſim falſa deprehenduntur.At-
qui petrus nihil ad chriſti verba re
ſpondit. Nonduʒ enim quicqʒ vide
rat manifeſte.ſed primo didicit.Ani
maduertendum autem: ꝙ non om̃ia
que euentura ei erant hoc primo cõ
greſſu predixit.Non enim appella
uit eum Petrum.Non dixit ſuper
eam petram edificaturuʒ eccleſiaʒ.
Sed dixit:tu vocaberis cephas.Il
lud enim maioris erat: ⁊ poteſtatis:
necnon etiam auctoritatis.Ea eniʒ
chriſtus nunc conticuit.humilius
a principio loquitur.Cum vero di
uinitatem ſuam demonſtrauit:maio
ra narrauit: inquiens.Et ego dico
tibi.Tu es Simon.tu vocaberis
Cephas.quod interpretatur Petrꝰ
⁊ ſuper hanc petram edificabo eccle
ſiam meam.Nunc Petrum appella

uit. Johannem vero filium tonitrui
Quamobrem? vt oſtendat ſe eundez
eſſe qui vetus dedit teſtamentum.
Ipſe eſt qui nomina apte imponit.
qui Abram. Abraham: Saraz. Sar
ram. Jacob Iſrael: vocauit. Multis
a natiuitate nomina īpoſuit. vt Iſa
ac. Sampſon. vt ijs quorum memi
nit Eſaia ⁊ Oſee. quibuſdam quam
a parentibus acceperunt appellati
onem: mutauit. vt predictis ⁊ Jeſu.
Mos etiaz antiquitus erat a rebus
nomina imponi. quod ⁊ Helias fe
cit. hoc autem non temere fit. ſed vt
ea appellatio imponatur: que ſit di
uini beneficij perpetuum monumen
tum. ⁊ memoria per predicta nomi
na auditorum animis imprimatur.
Ita ⁊ Johāni celitus nomen impo
ſuit. qui enim debebant ab ineunte
etate virtute pollere: eis tunc indi
ta ſunt nomina. qui vero in etatis
progreſſu profecturi erant: poſtmo
dum. ſed tunc quidem varia ac diffe
rentia ſinguli nomen acceperunt.
Nunc autē vno omnes appellamur
chriſtiano ſcilicet omnium maximo
atq; preſtantiſſimo. cum quo et filij
dei ⁊ amici ⁊ corp⁹ dicti ſumus. qua
appellatione ceteris omnibus vehe
mentius excitari: ⁊ promptiores ad
virtutem complectendam fieri: nec
ea quicq̃ indignum facere conari de
bemus. Eodem quo chriſtus nomi
ne vocamur: vt Paulus teſtatur.
cuius excellentiam nos intelligere
oportet. ꝙ ſi ijs qui principis cuiuſ
piam aut alterius clari viri nomen
ſortitus ē: cum id audit. tumet atq;
ſuperbit: et magne id ſibi glorie ar
bitratur: eius ꝗ auctoritatez pro vi
ribus ſeruare annititur. quid nobis
faciendum eſt: qui non principis: nō
terrene alicuius poteſtatis. non an
geli. non archangeli. ſed ipſius omni

um regis nomine appellari dignati
ſumus? Nonne ita animam noſtraz
inſtituemus: vt non afficiatur iniu
ria qui tanto nos honore proſecut⁹
eſt? an ignoratis quanto cohortes
regie et ſcutati: ⁊ haſtati eius latus
ſtipantes honore habeantur? ita et
nos proximi facti deo eo magis ꝗ
quos nunc diximus. quo corpus ꝓ
pinquius eſt capiti. ꝗ illi regibus:
totis viribus contēdamus vt chri
ſti ſimus imitatores. Qui inquit.
Vulpes cubilia habent: et volatilia
celi nidos ſtruunt. filius autem ho
minis non habet vbi inclinet caput
Hoc ego a vobis exigere poſſem:
graue fortaſſe ⁊ onerosum multis
videbitur. Quare hanc perfectionē
propter imbecillitatem noſtrā omit
tamus. Arbitror autem vos non ni
hiare pecunijs. ſed quēadmodū ſum
mam illam virtutez propter multo
rum imbecillitatem omitto: ita vo
bis a ſumma malitia abſtinendum
eſt ac etiam longe magis. non accu
ſo qui domos habent: agros: pecu-
nias: mancipia: modo ijs bene vtan
tur ad frugalitatez: et vt decet. hoc
eſt tanquam dominus: non tanquā
ſeruus. vt ea poſſideat nō ab ijs poſ
ſideatur. vt vtatur. non abutatur.
enim hoc eſt pecunie
quod eſt vti dicun
tur: ea videlicet ratione: vt his in
neceſſitatibus vtamur: non vt ſer-
uemus. hoc ſerui eſt. illud domini: et
ius ſuper id habentis. Non propte-
rea diuitias accepiſti: vt terre defo
dias: ſed diſtribuas liberaliter: quas
ſi deus ſeruari voluiſſet. non ſane ho
mini dediſſz. ſed creditas dimiſiſſet.
verum cuz velit expendi eas nobis
largitus eſt. vt ijs inuicez communi
caremus. Qui pecunias ſeruat: non
eſt earum dominus. Et ſi vt augean

tur ſeruas:ea profecto optima augē
di ratio:vt in omnes diſtribuantur.
Neqȝ enim ſine ſumptu lucrum:ne
qȝ diuitie ſine larga effuſione ꝑueni
unt. Cuius rei argumentum in ſecu
laribus rebus videri licet. Siquidē
mercator ⁊ agricola:ille pecunias:
hic ſemina:profundit. Mercator na⸗
uigando pecunias in multos impen
dit:vt deinde lucretur. agricola ſemi
na in terra iaciens:aſſiduo de labo⸗
re exercet:vt plus inde accipiat. hic
autem non tanto opus eſt labore. n̄
nauis fabricanda eſt: non iungendi
boues:non terra aranda:non tempe
ſtates:non aeris intemperies:non
vis grandinis timenda:nulli fluct⁹:
nulli ſcopuli offendendi. Hec naui⸗
gatio:hec ſatio:vna duntaxat re in⸗
diget:vt diſpergantur diuitie. reliq̄
omnia agricola ille perficiet. de quo
inquit chriſtus. Pater meus agrico
la eſt. Que igitur temeritas:que in⸗
ſania:vbi omnia ſine labore ſine pe
riculo aſſequi poſſumus:ſupinos et
oſcitantes perſiſtere? vbi autē ſudo
res innumeri:nauigandi pericula:la
bores:cure:et quod grauius eſt icer
tum votum: tantopere inuigilare?
Nolite queſo nolite ergo propriam
ſalutem tantopere deſpicere. ſed tot
periculis contemptis:ad faciliora ⁊
lucroſiora curramus:vt futura bo⸗
na conſequi poſſimus. gratia et be⸗
nignitate domini noſtri Jeſu chriſti
per quem et cum quo patri gloria ſi⸗
mul et ſpiritui ſancto nūc et ſemper
⁊ in ſecula ſeculorum Amen.

## Home. xix.

ex capitulo primo

IN craſtinum autem voluit
exire in galileam et inuenit
Philippum:⁊ dicit ei Jeſus. ſequere
me. Erat autem Philippus a betſai
da ciuitate Andree ⁊ Petri. Tri
tum prouerbium eſt homini diligen
ti ſemper aliquid ſupereſſe. Et chri
ſtus. Qui querit inquit īuenit. Qua⸗
re nulla iaȝ me admiratio tenet. cur
Philippus chriſtum ſecutus ſit. An
dreas enim audito Johanne. An⸗
drea:Petrus. hic nemine:ſed tantū
chriſto dicente. Sequere me ꝙ̄ pri⸗
mum credidit:⁊ ſecutus: alijs fact⁹
eſt predicator. Cucurrit enim ad
Nathanael. Quem ſcripſit inquit
Moiſes in lege et prophete: inueni
mus. Uides viri diligentiam vt ſcri
pture meminerit:vt chriſti aduen
tum expectauerit? inuenire enim que
rentis eſt. In craſtinum exiuit in ga
lileam priuſqȝ quiſqȝ ipſum ſequere
tur. neminem vocat. Quod non te⸗
mere fecit ſed ſumma ſapientia. nam
ſi nemine ſua ſponte proſequente:
ipſe aliquos vocaſſet:de eorum per⸗
ſeuerantia potuiſſet dubitari. Uerū
tamē vltro ſequi elegiſſent minime.
Philippum autem ſibi notiorem vo
cat:vtpote qui in galilea et natus
erat:⁊ educatus. Acceptis igitur
diſcipulis. alios iam venatur. ⁊ in
primis Philippum: et Nathanael.
ſed de hoc non tam mirum fuit. quā⸗
doquidem nomen Jeſu ī vniuerſaȝ
ſyriam diffuſum erat illud admirati
one dignum quo pacto Petrus Ja
cobus Philippus potuerunt taȝ bre
ui perſuaderi. non ea tantum ratio⸗
ne ꝙ ante ſigna. ſed ꝙ galilei erant:
vnde neqȝ propheta ſurrexit: neqȝ
quicquam boni. Ruſticiori enim q̄⸗
dammodo et craſſiori erant ingenio
Unde in hoc etiam chriſtus ſuam
demonſtrauit virtutem cum et ſteri
li terra:tales ſibi diſcipulos compa
rauit. Credibile quidem eſt: Philip
pum et qui cum Petro erant:viſo ⁊

audito Johannis de chriſto teſtimo
nio:eum ſecutos:et chriſti ſermonez
non parum in illis operatum. No⸗
uerat enim qui idonei futuri eſ⸗
ſent diſcipuli. Euangeliſta autem
hec omnia omittit. Quoniam igitur
venturus erat chriſtus credidit. ꝙ
chriſtus eſſet ignorabat: quod vel a
Petro vel a Johanne audierat. me⸗
minit autem eius patriam euangeli
ſta vt intelligas. ꝙ infirma mundi
elegit deus. Inuenit Philippus Na
thanael et dicit ei. Quem ſcripſit
Moiſes in lege et prophete: inueni
mus Jeſuz filium Joſeph a nazaret
Per moiſen et prophetas dignum
fide ſermonem ſuum facere: et audi
tori perſuadere annititur. Nam cuz
Nathanael eſſet in perſcrutanda
veritate diligentiſſimus: vt et ſuis
verbis et chriſti teſtimonio videri
licet: merito ipſum ad Moiſen ⁊ ꝓ⸗
phetas Philippus relegauit: vt cre
deret. Qꝛ autem Joſeph filium ap⸗
pellat, noli perturbari. eiuſmodi ad⸗
huc erat opinio. Et vnde conſtat
Philippe. ꝙ ille ſit? Quod das no⸗
bis ſignum? neqꝫ enim ſatis eſt ꝙ
is ſit affirmare. Quod inquam ſi⸗
gnum: quod miraculum afferſ? Nō
eſt de tantis rebus temere creden
dum; periculoſum eſt. dic quid certi
habes? quod ⁊ Andreas inquit. Si
quidem ille cum ſuarum virium nō
eſſe intelligeret: quem thezaurum:
quas diuitias inuenerit oſtendere:
fratrē ad quez inuenerat ducit. ita
Philippus quomodo hic ſit ille chri
ſtus: ⁊ quomodo prophete eum pre
dixerit: non dicit. ſed ducit ad Je⸗
ſum: quem adhuc ibidem conſpica
batur: vt idē doceretur. Et dixit ei
Nathanael. a Nazareth poteſt ali
quid boni eſſe? Dicit ei Philippus:
veni et vide. Vidit Jeſus Natha⸗
nael venientem ad ſe: et dicit de eo.
Ecce vere iſraelita: in quo dolus
non eſt. Laudat Jeſus et admiratur
qui dixit. A Nazareth poteſt ali⸗
quid boni eſſe? quid laudat? nonne
potius accuſare oportuit? Minime.
Non enim quod non crederet ita
locutus eſt: neqꝫ accuſari ſed lauda
ri meruit. q̄nā rōne ꝓphaꝝ ꝟba: dili
gēti⁹ q̄ꝫ Philippus: conſiderabat. Au
dierat ex Bethleez et ex patria Da
uid chriſtum venturum. Hoc iudei
credebant. Hoc propheta iam pri
dem his verbis predixerat. Et tu
Bethleem terra iuda: nequaquam
minima es in principibus iuda. ex
te enim exiet dux qui regat popu⸗
lum meum iſrael. Huius prophetie
memor Nathanael audiens euz na
zarenum perturbatur: et dubitat:
ne ſecundum prophete ſermonem
Philippus falleretur. Intuere que⸗
ſo hominis prudentiam. intuere mā
ſuetudinez. Non dixit ſe deceptum:
neqꝫ falſa ſibi narrari: neqꝫ ꝙ a pro⸗
pheta. non ex Nazareth ſed ex beth
leem chriſtum venturum didicerit.
ſed contra q̄ꝫ Philippus dixerit: per
ſuaſus obuiam tamen venit. Oſten
dit igitur ⁊ ſcripturarum cognitio
nem et morum ſimplicitatem: necnō
vehemens chriſti aduentus deſide⸗
rium: cum Philippi verba non con
tempſerit. Norat enim Philippum
in patria commemoranda falli po⸗
tuiſſe. Et vide q̄ꝫ verecunde: inter⸗
rogando non credendum innuit.
Nō dixit nihil boni fert Nazareth.
ſed a nazareth poteſt aliquid boni
eſſe? Necnon et Philippus pruden
ter quidem non indignatur: non
egre fert vtpote paruz creditus. ſed
expectat virum: vt ad chriſtum ad
ducat: et ab ipſo principio apoſto
luz gerit. ideo chriſtus inquit. Ecce

vere iſraelita in quo dolus non eſt. Eſt enim ⁊ mendax iſraelita: ſed nō hic quippe cuius incorruptuꝫ eſt iudicium: nec ad gratiam: nec ad odium: quicquam loquitur. Atqui iudei rogati vbi chriſtus naſceretur. in bethleem dixerunt: prophete teſtimonium afferentes. Et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda. Uerum illi antequam chriſtum viderent de eo teſtati ſunt: quo viſo inuidia deſtiterunt dicentes. Hunc neſcimus vnde eſt. Nathanael autem in eadem perſtitit ſententia: ꝙ non eſſet a nazareth. quomodo ergo prophete eū nazarenum vocant? eo ꝙ illic educatus eſt et conuerſatus. Nec ſe nazarenum negauit: ne qua ſuſpicio oriretur. neqꝫ ſi id perſuaſiſſet: non propterea ſe chriſtum eſſe oſtendiſſet. Quid eniꝫ prohibebat non eſſe chriſtum quamuis a Betleem natum? Hoc igitur omiſit ad autem in medium attulit: quod maximum erat ad credendum argumentum: ſe videlicet preſentem eorum ſermoni fuiſſe Nam cum ille diceret Vnde me noſti? reſpondit. Prius ꝙ̄ te Philipp⁹ vocaret cum eſſes ſub ficu: vidi te. Animaduerte hominis conſtantiaꝫ Nam cum dixiſſet chriſtus. Ecce vere iſraelita. non intumuit laudibus: neqꝫ ijs obuiam factus eſt: ſed perſcrutatur vt de eo certi aliquid intelligat: et adhuc tanquaꝫ homineꝫ alloquitur. Jeſus tanquam deus reſpondet Non enim e loco aliquo editiori ipſum et eius mores et māſuetudinem vidiſſe: non e ſpecula aliqua more hominis: eum ſub ficu obſeruaſſe dicit. nemo enim illic aderat ſed ſoli Philippus ⁊ Nathanael ſecreto in loco inuicem: ſermonem habuerant. Jdcirco inquit euangeliſta ꝙ cum videret a longe venientē ad ſe dixit. Ecce vere iſraelita: vt intelligatur prius ꝙ̄ appropinquaret Philippus: ita chriſtum locutum. Et ne quiſquaꝫ poſſet ſuſpicari. quare: et temporis meminit ⁊ loci: et arboris. ne ab ipſo miſſum Philippum quiſquam opinaretur: ſi tantuꝫ eius ad Nathanael profectionis meminiſſet. Uerum cum dixiſſet vbi eum conuenit Philippus et tempus: certiſſimum ſe prophetam oſtendit. Neqꝫ hoc tantum. ſed etiam que inuicē locuti eſſent in memoriam reduxit. hoc eſt a nazareth poteſt aliquid boni eſſe? ex quo maxime eum ſibi conciliauit: cum ex eo non reprehendit. ſed laudibus proſecutus eſt. Et admiratus his verbis Nathanael vere chriſtum eſſe cognouit: a prophetia ſcilicet et preuidentia: et a certiſſima ipſius mentis perſcrutatione. demonſtrarat enī animi eius cogitationes plane intellexiſſe preſertim cum que egre ferenda videbantur ea non reprehendit: ſed laudat. dixit enim a Philippo vocatum. non autem quem inuicem ſermonem habuerint: neqꝫ ꝙ affuerit. relinquit hec eius conſcientie examinanda: cum nolit ipſe coarguere. Quid igitur? priuſquam a chriſto vocaretur eum duntaxat vidit: nonne etiaꝫ ante inſomni oculo viderat? viderat ſane: non modo inficias iret. ſed ita op⁹ fuit dicto. Quid igitur ille? cum certiſſimum de chriſti prouidentia argumentum accepiſſet confeſſus eſt: et primo ſe diligentem: deinde conſenſu fidelem oſtendit. reſpondit enī Tu es filius dei Tu es rex iſrael. Uides gratam repente et Jeſum amplexantem animam? tu inquit ille es quem expectamus: quem querimus Uides hominem ſtuporis: admirati

onis:leticie:plenuz. Is nobis ſequē-
dus eſt: quibus deus filij ſui cogniti-
onem dare dignatus eſt. exultanduz
nobis eſt: non animo tandum ſed re
ipſa. Quod autem exultantium offi-
cium eſt? credere ei quem cognoue-
ris. Credentium vero: cogniti pare-
re voluntati. nam ſi operibus no-
ſtris deum in iram prouocabimus.
quonaz pacto poterimus exultare?
Nonne videtis cum amicum domi
quiſpiam accipit? quam pre ſe ferat
leticiam: quanta alacritate paratus
ſit nulli rei parcere: dum hoſpiti rez
gratam faciat? Qꝫ ſiquis ei non ob-
ſequeretur neqꝫ ad eum reficiendum
omnia faceret: et ſi miles eius pre-
ſentia ſe letari diceret non vtiqꝫ cre-
deretur: et merito ſane. Re ipſa: non
verbotenus oſtendenda leticia eſt.
Venit ad nos chriſtus. oſtendamus
eius aduentu leticiam. nihil qđ eū
perturbet faciamus. ornemus quaz
ingreditur domum. Hoc letantium
eſt. prandium apponamus; eius gu-
ſtu ſuauiſſimum. hoc exultantium
eſt. quale autem prandium. ipſe in-
quit. Meus cibus eſt vt faciam vo-
luntatem eius qui me miſit. Paſca-
mus ipſum eſurientem: potum dem⁹
ſitienti. etiam frigidam aquam abs
te accipit. quippe qui amat. amicus
enim etſi parua accipit magna ſibi
videntur. Tu modo leto vultu im-
pendas duos obulos non recuſat.
ſed tanquam magna dederis grate
accipit. Nam cum nullius indigeat
neqꝫ neceſſaria ei ſint munera tua:
merito non munerum magnitudi-
nem ſed donantis voluntatem repu-
tat. Oſtende igitur duntaxat te ad-
uenientem diligere. omnia eius gra-
tia moliri: aduentu letari. Conſide-
ra qualis erga te fuerit: qꝫ pro te a-
nimam poſuerit; neqꝫ poſt tanta in-
te beneficia rogare te recuſat. Pro
chriſto enim predicemus inquit tan-
qꝫ deo obſecrante pro nobis. Et qſ-
nam adeo inſaniuit: vt dominum ſu-
um non amet? Hoc ego dico. nec ig-
noro neminem veſtruz: neqꝫ verbis
neqꝫ animo aliter ſenſurum. Verum
non nobis tantum: ſed et re oſten-
di vult amicus quid ſentias. Nam
ſi lingua duntaxat amici exhibem⁹
officium: ſane ridiculum eſt: non mo-
do apud deum ſed apud homines:
nec ſtultum modo ſed damnoſum.
Verbis ergo opera conſentiant. ope-
ribus confiteamur: vt ipſe nos ſuos
profiteatur ineffabili gratia et beni-
gnitate qui cum patre ⁊ ſpiritu ſan-
cto viuit et regnat in ſecula ſeculo-
rum Amen

## Home. xx.

Ex capitulo primo.

Reſpondit ei Nathanael et
ait. Rabbi tu es fili⁹ dei. Tu
es rex iſrael. Reſpondit Je-
ſus et dixit ei. Quia dixi tibi: vidi te
ſub ficu: credis. maius his videbis.
Plurimum nobis curandum eſt di-
lectiſſimi et omni ſtudio inuigilan-
dum: vt ſacrarum ſcripturarum pro-
fundum inſpicere poſſimus. quarum
ſenſus oſcitātes nunquam deprehē-
demus. Eſt igitur qꝫ diligentiſſime
inueſtigandum: et aſſiduis precibus
inſiſtendum: vt vel aliqua ex parte
diuina myſteria aſſequi valeamus.
Ecce hodierna die: nō parue nobis
ſed multe perſcrutationis: queſtio
proponitur. Nam cum Nathanael
dixiſſꝫ. tu es filius dei. reſpōdit chri-

ſtus.quia dixi tibi: vidi te ſub ficu:
credis. maiꝰ his videbis. Quid hic
queſitu dignum? cur Petrus poſt
tot tanta ꝙ miracula: poſt talem do
ctrinam acceptam: chriſtum dei fili
um confeſſus: acſi reuelationem a
patre acceperit: laudatur. Natha
nael vero ante ſigna ante doctrinaꝫ
idem quod Petrus aſſerens: minime
ſed tanquam nihil chriſto dignum
dixerit: maiorū ſpe trahitur. Quid
nam hoc? quoniam etſi iiſdem ver
bis et Petrus ⁊ Nathanael vſi ſint
non tamen idem ambo ſenſerunt.ſed
Petrus filium dei tanquam verum
deum: Nathanael tanquam homi
nem tantum confeſſus eſt: quod ex
conſequentibus conſtat. Addit enī
tu es rex iſrael.filius autem dei non
modo iſrael.ſed vniuerſi orbis terra
rum rex eſt. Quod etiam inde oſten
ditur: ꝙ petro nihil amplius addi
dit chriſtus.ſed tanquaꝫ perfecto in
fide eccleſiam ſuam eius teſtimonio
edificaturum pollicitus eſt. Natha
nael autem tanquam potiori in par
te deficienti: ſubdidit. Amen amen
dico vobis amodo videbitis celum
apertum: et angelos dei aſcenden
tes ⁊ deſcendentes ſuper filium ho
minis. Animaduertis quomodo eū
a terra paulatim erigit? quomodo
animum excitat ne amplius ſimpli
cem hominem coniectetur? Cui eniꝫ
angeli miniſtrant et ſuper queꝫ aſcē
dunt et deſcendunt: quonam pacto
hominem eſſe exiſtimabitur? Prete
rea cum maiora viſurum diceret: an
gelorum miniſterium addidit. Acſi
diceret hoc tibi magnum Nathana
el viſum eſt.propterea me regem cō
feſſus es.quid autem dices cum an
gelos ſupra me aſcendētes et deſcē
dentes videris? quibus verbis ſua
det: vt ipſum angelorum dominum
confiteatur tanquam enim ſuper di
lectiſſimum regis filium: regij mini
ſtri et aſcenderunt et deſcenderunt:
hoc quidem paſſionis tempore.alūt
reſurrectionis ⁊ aſcenſionis.necnō
et ante: cum acceſſerunt et miniſtra
bant ei: cum natum annunciarunt:
laudarunt dicentes. Gloria in altiſ
ſimis deo ⁊ in terra pax: quando ad
Mariam venerunt: quando ad Io
ſeph.facit autem: quod ſepe alias:
duo predicit alterum iam preteritū
indicat.alterum ex hoc confirmat
futurum.illud nanqꝫ manifeſtum e
rat ꝙ ante Philippi vocationem
eſſet ſub ficu.aſcenſus autem et de
ſcenſus angelorum partim fuerant:
partim erant futuri: apud crucem
videlicet: in reſurrectione: in aſcenſi
one: qui etſi nondum euenerint: ex
preteritis tamen facit vt credantur
Qui enim eius virtutem iam vide
rat: facilius que futura audit: credit
quid igitur Nathanael? nihil reſpō
dit. Chriſtus autem hactenus locu
tus ſecum ea verba reputaturum
dimiſit.noluit enim omnia ſimul.ſed
iacto in terram fertilem ſemine: ſinit
vt germinet vt alio in loco inquit.
Simile eſt regnum celorum homi
ni qui ſeminauit bonum ſemen.cum
autem dormiret venit inimicus eiꝰ
et ſuperſeminauit zizaniaꝫ in medio
tritici et abijt

¶ Explicit capitulum primum

¶ Incipit ſecundum

Capitulū ſcd̄m

E T die tertia nuptie facte
ſunt in chana galilee ⁊ erat
mater Jeſu ibi. Vocatus
eſt autem Jeſus et diſcipu
li eius ad nuptias. Ut iam dixi erat
chriſtus q̄z alibi: in galilea notior.
quare vocatus nuptijs affuit. in qui-
bus non dignitati ſue ſed noſtre cō
ſulit vtilitati. quippe qui non dedi
gnatus eſt formam ſerui accipere: lō
ge minus ſeruorum nuptijs intereſ-
ſe. Qui cum publicanis et peccato
ribus verſabatur. multo minus nu-
ptias recuſaſſet. non enim qui inui
tauerant: recte de eo ſentiebant: ne-
q̄z tanquam magnum quendam: ſed
popularem: et vt notum. quod his
verbis ſignificat euangeliſta. Et
erat mater Jeſu ibi et fratres eius.
Acſi dicat. quemadmodum illam et
fratres: ita et Jeſum vocauerunt.
Et deficiente vino: dicit mater Je-
ſu ad eum. Vinum non habent. Di-
gnum hoc in loco queſitu eſt. vnde in
mentem matri venerit: magnum ali
quid de filio coniectari. nullum enim
adhuc ſignum fecerat. Hoc enim fe
cit inquit initium ſignorum Jeſus
in chana galilee. Et ſi quis diceret:
non idoneum hoc argumentum ꝙ
primum ſignum fuerit. quoniam ad
ditum ſit in chana galilee. Acſi dice
ret. non omnium primum: ſed eorum
que illic fecerat. Ad hoc reſpondebi
mus quod ſuperius inquit Johan
nes. Ego neſciebam eum. ſed vt ma
nifeſtet iſrael: propterea veni ego in
aqua baptiſans. Nam ſi antea mira
cula feciſſet non indiguiſſet iſrael
qui ipſum manifeſtaret. Vir enim
factus: miraculorum multitudine:
non iudeis modo: ſed et ſyris et lon
ginquiora incolentibus: cognitus ē
tribus annis duntaxat. imo ne trib⁹
quidem ſed q̄z primum nomen eius
in omnes diffuſum eſt. Qui igitur
tam breui miraculis claruit: longe
magis a prima infantia ſi ea feciſſet.
fuiſſet enim maiori admirationi vt
pote puer: q̄z vir: neq̄z tam diu in ob
ſcuro latuiſſet. ſed nihil a pueris ope
ratus eſt. vnum autem duntaxat
Lucas teſtatur ꝙ annorum duode
cim ſediſſet in templo medius do-
ctorum. et audiens et interrogans:
fuiſſet q̄z ſumme omnibus admirati
oni. Nec immerito a teneris annis
Jeſus a miraculis abſtinuit. arbitra
ti enim eſſent ſe preſtigia videre.
Nam ſi annorum acceſſu et etate
maturo multi id ſuſpicati ſunt: quid
de puero crediſſent? Preterea ma
turius eum propter inuidiam cruci
fixiſſent: et generatio eius non fuiſſ;
credita. Unde igitur matri venit in
mentem aliquid magnum excogita
re de filio? Manifeſtari iam ceperat
et Johannis teſtimonio et ex ijs q̄
diſcipulis predixerat: et ante omnia
ipſa natiuitas: et que eo tempore e-
uenerant: maximam de puero opini
onem concitarant. Audiebat enim
inquit omnia de puero: et conſerua
bat ea in corde ſuo. Sed quid an-
tea nihil eiuſmodi dixit? Quoniam
vt dixi iam manifeſtationis tempus
aduentabat. antea enim cum tanq̄z
ex medio vulgo aliquis: conuerſa-
tus eſſet: nihil adhuc tale mater au
ſa fuerat. verum cum Johannem
ad perhibendum de eo teſtimonium
veniſſe audiſſet: et diſcipulos iam vi
deret: cepit audere. Et deficiente vi
no dicit: vinum non habent. Opta
bat enim vt iam hominū gratiā cō
ciliaret: ⁊ ipſa clarior filij gratia effi-
ceretur: et fortaſſe aliq̄ humano affi

ciebatur affectu quemadmodum et
fratres eius cum dixerunt. Oſtende
teipſum mundo. cupidi eius miracu
lis ſibi famam comparare. Idcirco
aſperius reſpondit. Quid mihi et
tibi mulier? Nondum venit hora
mea. Nam ꝙ matrem reuereretur:
teſtatur Lucas. Et ſubditus erat
parentibus. et hic euangeliſta: quan
tam paſſionis tempore matris cu-
ram habuerit. Ubi enim parentes
nihil diuina impedirent myſteria:
nihil offenderent: equum et neceſſa
rium erat filio parere: neqꝫ negare
ſine magno periculo potuiſſet. Con
tra ſiquidem cum intempeſtiuum:
et quod ſpiritalibus eſſet impedi-
mento petiiſſent. que eſt mater mea
et fratres mei aiebat. Siquidem nõ
adhuc debitam de ipſo opinionem
habebant. Sed more matrum Ma
ria: iure omnia filio ſe precepturam
cenſebat: cum tanquam dominum
colere ⁊ reuereri liceret. ideo in hũc
modum reſpondit. Conſidera ꝗ̃ in-
dignum erat: vniuerſo aſtante po
pulo: et ad eum et eius doctrinam
audiendo ſuſpenſo. illam in medium
accedentem publicam' impedire vti
litatem: et de priuatis rebus habere
ſermonem: et extra eiuſmodi contio
nem euocare. inquit igitur: que eſt
mater mea ⁊ fratres mei. non ꝙ ma
trem contemneret: abſit. ſed vt ma
xime vtilitati conſuleret: neqꝫ occa
ſionem daret vt quiſquam de ipſo
abiectum aliquid coniectaretur. naꝫ
ſi aliorum curam habebat: et digna
ſe opinione illos imbuere molieba
tur: longe magis id in matre curaſſꝫ.
Cum enim conſentaneum ſit Mari
am vtpote matrem: priores ſibi par
tes vendicaſſe. ideo matrem veniſſe
n inciantibus ita reſpondit. neqꝫ ali
ter ipſam ex humili ad illam altitu-
dinem erexiſſet: ſi ſemper tanquam
a filio honorari exiſtimaſſet: et non
tanquam dominum habuiſſet. Hac
gratia ⁊ hoc ĩ loco inquit. Quid mi
hi et tibi mulier? Alia preterea cau
ſa afferri poteſt non minus neceſſa-
ria. Ne qua ſuſpicio oriretur. Ab in
digentibus eniꝫ non a matre id que
rendum erat. Quid tandem? quoni
am que familiarium precibus impe
trantur: quamuis magna: raro ta-
men eorum predicationibus augen
tur. indigentium laudes cum quid
impetrarint. omni vacant ſuſpicio
ne: nihil ab his ſimulatur: et multa
inde vtilitas prouenit. Etenim ſi
vel optimus medicus qui multos
egrotos curauerit: neqꝫ ab ipſis ne
qꝫ eorum familiaribus. ſed a ſua tan
tũ matre laudaretur: ſuſpecta ſane
eſſet laus illa et moleſta: ne preſenti
um quiſpiam magnum de eo aliquid
vel egregium opinaretur. Propte
rea aſperius locutus. Quid mihi in
quit et tibi mulier. eam admonens
ne idem amplius tentaret. Cure enĩ
ipſi erat maternus honor. ſed longe
magis animarum ſalus: et commu
ne in multos beneficium: cuius gra
tia humanam carnem accepit. Non
ſunt igitur. hec liberius ad matrem
loquentis: ſed diuine diſpenſationis
verba: vt admoneret pro dignitate
miracula facienda. ꝙ enim vehemẽ
ter ipſam et pre ceteris amaret: et re
uereretur: aſperiora hec verba et in
dignatio demonſtrat: quonam pa-
cto. in ſequentibus dicemus. Veruꝫ
cum audieris mulierem illam dicen
tem. Beatus venter qui te porta
uit et vbera que ſuxiſti. deinde ipm̃
reſpondentem. Quinimo beati qui
audiunt verbum dei et cuſtodiunt
illud. ea ſententia dictum exiſtima.

ꝯriſtiana.non ꝙ matrem negligeret.
ſed nihil ei vtilitatis matris nomen
allaturum oſtenderet:niſi bonitate
et fide preſtaret. Qꝫ ſi Marie nihil
ſine virtute materna charitas erat
profutura:longe minus nobis pa⸗
tris:fratris:matris:filij bonitas:ni
ſi aliquid noſtrum afferamus. Fra⸗
ter inquit non redimet:redimet ho
mo. In nullo nanqꝫ alio:niſi in ſolis
ſuiipſius virtutibus:poſt diuinam
gratiam de ſalute cuiqꝫ ſperandum
eſt. Nam ſi id profuturum erat per
ſe Marie:profuiſſet etiā iudeis quo
rum conſanguineus erat chriſtus ſe
cundum carnem: profuiſſet ciuitati
in qua natus eſt:profuiſſet fratribꝰ.
atqui dum fratres rerum ſuarum cu
ram habuerunt nihil eis propinqui
tatis nomē profuit:ſed cum reliquo
mundo damnati erant. Tunc autez
admirationi eſſe ceperunt: quando
propria claruerunt virtute: patria
vero nihil inde conſecuta cecidit:⁊
incendio abſumpta eſt.conciues mi
ſerē interempti periere cōſanguinei
ſecundum carnem nil ad ſalutez bac
cati ſunt:deficiente virtutis patroci
nio. Uerum apoſtoli ante omnes cla
riſſimi euaſerunt:cum ſe ad veram ⁊
expetendam eius familiaritatem:
conſuetudinem qꝫ per obedientiam
contulerunt. Hinc intelligimus fi⸗
de ſemper nobis opus eſſe: et vita:
que virtutibus luceat.hec dūtaxat
ſaluos nos facere poterit. Quante
enim cognati eius admirationi fue
runt:cum ne eorū quidem nomina
teneamus.apoſtolorum autem ⁊ vi
ta et nomina vbiqꝫ terrarum decan
tantur. Nolimus igitur ob terrenā
nobilitatem in ſuperbiam efferri:li⸗
cet longam progenitorum et quidez
clariſſimorum ſeriem numeremus:
eorum virtutes ſuperare contenda

mus:ſcientes aliorum nobis opera:
non modo nihil in futuro iudicio ꝓ⸗
futura.verum graui nos condemna
tura.cum optimorum parentum li
beri et domeſticis exemplis eruditi:
nihil profecerimus. Hoc ideo in pre
ſentia dico:quoniam multi gentili⸗
um ad fidem ⁊ chriſtianaz religionē
a nobis hortati:ad cognatos proge
nitores et familiares ſuos confugi⸗
unt:ꝙ fideles et chriſti fuerint aſſer
tores. Quid ad te miſer et infelix?
hoc te magis condemnat.quoniam
tot progenitorum tot familiarium
exempla ad veritatem complecten
dam: te adducere non potuerunt.
Alij fideles quidem: ſed vite nullaz
curam adhibentes:cum ad virtutez
hortantur idem in ſuam adducunt
excuſationem.ꝙ pater auus atauus
pietatez maxime coluerint. Id te ac
cuſat ꝙ ex talium virorum ſemine
ijs te indignum preſtiteris. Audi ꝓ
phetam ad iudeos loquentem.ſerui
uiuit iſrael in muliere ⁊ in muliere
ſeruatus eſt. Audi chriſtum Abraā
pater veſter exultauit vt videret di
em meum:vidit ⁊ gauiſus eſt. Ita ſe
per bona progenitorum opera:non
modo nulli ad laudem ſed ad crimen
longe quidem grauius ius aſcribit.
His igitur animaduerſis noſtris
ipſorum operibus ſalutem conſequi
totis viribus annitamur:ne ſpe no
ſtra fruſtrati:tum deum intelligamꝰ
cum nulla nobis penitentie erit vti
litas. In inferno enim inquit quis
confitebitur? Quamobrez in hac vi
ta flagitiorū nos peniteat: vt ſem
piterna bona conſequamur gratia
et benignitate domini noſtri Jeſu
chriſti per quem et cum quo patri
gloria ſimul et ſpiritui ſancto nunc
et ſemper et in ſecula ſeculorū
Amen.

# Homelia xxi.
ex capitulo ſecundo.

QUid mihi et tibi mulier? non
dum venit hora mea. Labori
oſum ſane eſt orationez habe
re quod et Paulus his verbis teſta
tur. Qui bene preſunt preſbyteri: du
plici honore digni habeantur: mari
me qui laborant in verbo ⁊ doctri-
na. verum vos et leuiare hunc labo
rem et grauiorem facere poteſtis.
Nam ſi orationem noſtram neglexe
ritis: vel etiam non neglectam re ta
men non adimpleueritis: laborio-
ſum nobis profecto erit: eo ꝙ in caſ
ſum laborauerimus. ſin autem at-
tentionem preſtabitis diligentem: ⁊
re ipſa audita exequemini: nullus
nos labor grauabit. Fructus enim
qui in laboribus comparatur: non
ſinit quicꝗ graue aut oneroſum vi-
deri. Quamobrem ſi animum noſtrū
excitare et promptiorem in dicēdo
reddere placet: quem fructum facia
mus oſtendite: vt letis inſpectis ſe-
getibus: prouentus: ſpe allecti: vtili
tatis magnitudinez reputantes: nō
laboremus. Necꝗ eniz parua nobis
hodierna die proponitur queſtio.
Nam cum mater dixiſſet. Uinum
non habent. Reſpōdit chriſtꝰ. Quid
mihi et tibi mulier? nondum venit
hora mea. Et licet ita reſpōdeit: ma
ternis tamen votis obtemperauit.
Hec nulla ex parte minor ē queſtio
ꝗ ſuperior: de qua non immerito ſit
dubitandum. Cuz igitur ipſum qui
miraculuz operatus ē inuocantes:
ad huius loci expoſitionem venia-
mus. Necꝗ hoc tantum in loco di-
ctum eſt. nondum venit hora mea
ſed et alias. nam cum capere eum iu
dei non poſſent inquit euangeliſta.
Nōdū venerat hora eius. Et itez
Nemo miſit in illum manum. quia
nondum venerat hora eius. Et ite-
rum. Uenit hora clarifica filium tu
um. Quidnam iſta ſignificant? Idcir
co plures in eandem ſententiam te-
xtus adduximus. vt vna omnibus
ſolutio afferatur. Que igitur ea eſt?
Nulli. temporum neceſſitati chri-
ſtus ſubiectus eſt. nec ob temporis
obſeruationem nondum horam ſu-
am veniſſe dicebat. Anne temporuz
opifex et auctor ſeculorum tempo-
ra obſeruaret? Oſtendit autem om
nia debito tempore: non ſimul ope-
rari: quoniam inordinata quedam
cōfuſio fuiſſet: niſi oportune omnia
tranſegiſſet: ſimul ꝗ generationem:
reſurrectionem: iudicium: miſcuiſſet
Cōſidera queſo. oportuit facere cre
aturam. non vniuerſam ſimul: non
virum et mulierem vno condidit
momento. Oportuit morti damna-
tum et reſurrectum iri propter hu-
manum genus. Multum inter vtrū
ꝗ affuit. Sic enim opus fuit. opor
tuit dari legem ſed non ſimul ⁊ gra
tiam. ſed vtrunꝗ debitis diſpenſari
temporibus. Nulli igitur chriſtus
ſubeſt temporum neceſſitati. ſed ipſe
temporibus ordinem impoſuit. quo
niā auctor eorum eſt. quare hoc in
loco inquit. Nondum venit hora
mea. hoc eſt nondum cognitꝰ ſuz. ne
ꝗ enim ipſum quiſꝗ preter Andre
am ⁊ Philippum ſequebantur. necꝗ
hi vere adhuc ipm cognoſcebāt: nō
mater: non fratres: Siquidem poſt
multa miracula inquit euangeliſta
necꝗ enī fratres eius credebant in
eū. nemo qui nuptijs adeſſet. quippe ꝗ
ſi cognouiſſent ſine dubio ad eum in
ſuis ꝯfugiſſent neceſſitatibus. Pro
pterea inquit. Nondum venit hora
mea. id eſt nondum cognitus ſum
preſentibus: nondum ſciunt vinum
deeſſe. Sine id primum intelligant

ſatis non eſt ꝙ ſola referas: mater
es: et ſuſpicioſam miraculū faceres.
Oportet indigentes rogent. non ꝙ
hoc ipſe indigeam. ſed vt miraculū
vniuerſis appareat. Quippe egeni
cum beneficium accipiunt. plurimā
habent gratiam. qui non indigent
non itidem eam intelligunt. Cur au
tem cum nondum horam ſuā veniſ
ſe dixerit. impleuit tamē matris vo
luntatem? Maxime quidem: vt con
tradicentibus ⁊ temporum momen
tis eum ſubiectum exiſtimantibus:
palam non rectam eorum ſententiā
oſtenderet. nam ſi tempori ſubijcere
tur: quo pacto immature id feciſſet?
Preterea vt matri honorem exhibe
ret non omnino contumax videre-
tur matri: tot preſentibus: neue im-
potentie argueretur. Etenim Ma-
ria ad filium miniſtros duxit. Siqui
dem cum chananee dixiſſet chriſtus
Non eſt bonum ſumere panem filio
rum et dare canibus. dedit tamen:
nimia eius ſedulitate permotus. at-
qui etiam dixerat: non ſum miſſus ni
ſi ad oues que perierunt domꝰ iſra
el. et tamen filiam liberauit. Ex quo
admonemur: ꝙ etiā beneficio indi-
gni: aſſidua efflagitatione eo digni
efficimur. Idcirco mater et expecta
uit: et palam miniſtros accerſiuit:
vt a pluribus rogaretur. et addidit
Quodcūq; dixerit vobis facite. Mo
rat non eſſe imbecillitatis excuſatio
nem. ſed ne faſtu quodam temere id
ſuſcipere videretur quamobrē mini
ſtros adduxit. Erant autē ibi lapi
dee hydrie ſex poſite ſecundū purifi
cationem iudeorum: capientes ſin
gule metretas binas vel ternas. Di
cit eis Ieſus. Implete hydrias a-
qua. et impleuerunt eas vſq; ad ſum
mum. et dixit eis Iheſus. haurite
nunc et ferte architriclino. et tule-
runt. Non temere dictum eſt ab euā
geliſta ſecundum purificationem iu
deorum. ſed ne quis infidelium ſuſpi
cari poſſ aliquo fortaſſe craſſiore vi
no in eis inſidente. deinde infuſa aq̄
limpidiſſimum vinum effectū. Qua
re illa particula. ſecundum: purifica
tionem iudeorum. nunq̄ in ijs vinū
fuiſſe oſtendit. Nam cum paleſtina:
inopia aquarum laboret (rari enim
illic fontes ſcaturiunt) hidrie ille aq̄
ſemper plene ſeruabantur. ne ſi quā-
do immunde fierent: longius flumi-
na petenda eſſent. ſed prope purga
rentur. Sed quanam gratia anteq̄
implerentur: non fecit miraculum:
quod longe fuiſſet admirabilius? Si
quidem aliud eſt ſubiecte materie q̄-
litatem mutare: aliud ipſam ſubſtan
tiam ex nihilo facere. Hoc profecto
mirabilius. non tamen ita credibile.
et quod tam facile potuiſſet multi-
tudini perſuaderi hac gratia mira-
culorum nonnunq̄ magnitudinem
conſulto imminuit vt facilius crede
rentur. Sed cur ipſe hydrias aqua
non impleuit. deinde in vinum ver
tit. ſed miniſtris implendas manda
uit? Ipſam eandem ob cauſā: vt mi
raculi ipſos teſtes haberet: qui aq̄m
hauſiſſent: ne qua fraus ne quod p̄-
ſtigium putaretur. Nam ſi contu-
maciores fuiſſent ad credendum: po
tuiſſent miniſtri teſtimonium perhi
bere ſe aquam hauſiſſe: et hydrias
impleuiſſe. Accedit ad hoc: ꝙ hereti
corum dogmata in eccleſia pullulan
tia: propter hoc euertuntur. nam
cum ſint nonnulli qui alterum mun
di opificem que videntur opera cō
didiſſe aſſeuerent. horum quoq; in-
ſaniam cohibens plura facit miracu
la ex ſubiectis ſubſtantijs. Nam ſi
ipſe deo contrarius opifex fuiſſet:
nō vtiq; alienis vſus eſſet chriſtus
ad proprie virtutis demonſtratio-
nem. hoc autem

miraculo manifeſte oſtendit ſe eum
eſſe: qui vineas irrigat: pluuiam per
vitis radicem in vinum vertit: cum
quod in planta longiori temporis
ſpatio efficitur: id repente in nupti-
is operatus eſt. Cum autem impleſ
ſent hydrias inquit. Haurite nunc
et ferte architriclino: et tulerunt.
Ut guſtauit architriclinus aquam
vinum factum: et non ſciebat vnde
eſſet. miniſtri autem ſciebāt: qui hau
ſerant. vocat ſponſum architriclin⁹
⁊ dicit ei. Omnis homo primum bo
num vinum ponit: ⁊ cum inebriati
fuerint: tunc id quod deterius eſt. tu
autem ſeruaſti vinum bonum vſqꝫ
adhuc. Rurſus hoc in loco nonnulli
calumniantur hunc ebrioſorum fu
iſſe conuentum: de guſtu differenti
um. corruptis hominis morib⁹. nec
idoneos qui miraculum iudicarent:
vtpote qui non viderint aqua an
vinum eſſet. Siquidem ipſe architri
clinus inquit. cum inebriati fuerint.
Maxime hoc ridiculum. Uerunta
men hanc ipſorum ſuſpicionem tol
lit euangeliſta. non enim conuiuas
inquit de miraculo tuliſſe ſententi-
am. ſed architriclinum: qui ſobrius
nil adhuc guſtauerat. etenim nemo
ignorat huiuſmodi in conuiuijs mu
nera maxime ſobrijs et temperanti
bus demandari: quorum ſolum offi
cium eſt vt debito ordine ⁊ appara-
tu: omnia diſpenſentur. Idcirco ſo
briunt virunt in miraculi teſtimoni
um adduxit. Non enim dixit chri-
ſtus recumbentibus miſcerent. ſed
ferrent architriclino. Ut autem gu
ſtauit architriclinus aquam vinum
factum: et non ſciebat vnde eſſet.
miniſtri autem ſciebant. Uocat ſpon
ſum architriclinus. et quanam gra
tia non vocauit miniſtros: ita enim
miraculum manifeſtius fuiſſet. quo-
niam neqꝫ ipſe chriſtus manifeſtum
fecit. ſed lente et pedetentim miracu
lorum ſuorum virtutez cognoſci vo
luit. ad hoc ſi miniſtri tunc id narraſ
ſent: nemo eis crediſſet. ſed inſani
re potius arbitrati eſſent. cuz de ho
mine opinione omnium humili ⁊ ab
iecto: id perhiberent teſtimoniū. ſed
re ipſa cognouerunt. Neqꝫ enim qui
ſibiipſis non crederent alij fuiſſent
credituri. Propterea non omnibus
reuelauit miraculum. ſed maxime
idoneis: certiorem cognitionem in
poſterum reſeruauit: vt poſt aliorũ
ſignorum certitudinem hoc etiam
crederetur. Siquidem in filij reguli
curatione oſtendit euangeliſta: hoc
manifeſtius potuiſſe. hac enim ma-
xime gratia regulus chriſtum voca
uit. ꝙ illud ſignum audierat. Quod
his verbis ſignificatur. Uenit Je-
ſus in chana galilee: vbi fecit aquaz
vinum: neqꝫ ſimpliciter vinum. ſed
optimum. Euiuſmodi enim chriſti mi
racula vt ꝗ que natura perfecta ſūt
longe pulcriora: meliora ꝗ reddan-
tur ita et alia. diſtortum membrum:
ꝗ ſana validius: reddebat. De au-
tem vinum: ⁊ vinum optimum eſſz
factum. non miniſtri tantum: ſed et
ſponſus et architriclinus perhibue
re teſtimonium. ꝙ a chriſto factum
fuerit miniſtri qui aquam haurie-
rant. itaqꝫ quamuis tūc occultatuz
eſſet miraculum non tamen diutius
ſileri poterat. ſic multos ⁊ neceſſa
rios teſtes ſibi in poſterum aſciuit
et ſane credibile eſt ſponſum non
prorſus in his ſiluiſſe. verum euan
geliſta expoſito miraculo ad magis
neceſſaria properat. neceſſarium nā
ꝗ erat vt aqua vinum: et vinum
bonum factum ſciretur non autem
qđ architriclino ſponſus dixerit.
multa ei ſigna pri⁹ obſcura ꝑgreſſu

temporis manifeſta ſunt ab his qui
ea a principio viderunt .tunc Jeſus
vinum ex aqua fecit.tunc atqꝫ etiaꝫ
in preſentia laſciuas et infirmas ho
minum voluntates mutare non de-
ſinat.ſunt enim pleriqꝫ hominū nul
lo aqua meliores:frigidi fluctes.ſem
per mutabiles.huiuſmodi homines
ad dominum adducendi ſunt:vt eo-
rum voluntates in vini ſimilitudi-
nem transferat:ne amplius labātur
ſed preteritorum compuncti :ſibi et
proximo letitie eff ciantur auctores
Sed quinam ſunt hi frigidi? Qui
fluxis preſentis vite rebꝰ incumbūt:
qui non contemptis humanis ſeculi
delicijs glorie : potentie diuitiarum
ſunt amatores. Hec enim omnia flu
xa et caduca ſunt:et nuſqꝫ conſiſten
tia:que in preceps ſemper celeri im
petu deferuntur .Siquidem qui ho
die diues eſt: cras erit pauper . qui
hodie in curru : precone :lictoribus
qꝫ:⁊ apparitoribus:comitatus magi
ſtratum gerit: poſtridie nonnunqꝫ ī
carcerem intruditur:et velit nolit.
alijs omnia relinquit?.Qui in delici
is vitam agit:qui conuiuijs diſſolui
tur:pene crapula ventrem diſrum
pit:ne vna quidem die poteſt in ea-
dem ſatietate permanere .ſed conco
cto cibo iterum ad id compellitur:
nihil a torrente differens. Naꝫ quē
admodum in eo prior fluxus alio ſu
perincumbente vrgetur :ita ⁊ nos
alio poſt aliuꝫ cibo indigemus. Hu
iuſmodi eſt omnium huius ſeculi re
rum natura.vt que ſortita eſt : reti-
nere nunqꝫ poſſit ſed ſemper fluant:
ſemper trahantur.in delicijs autem
et conuiuijs non ſolum fluxus .ſed
difficultates multe:et mala deprehē
duntur.alia nanqꝫ ſatietas :tum cor
poris robur:tum animi minuit for
titudinem. Necqꝫ ita fluuialium flu
ctuum vis ripas excedere ⁊ conuel

lere ſolet:vt delicie laſciuiaqꝫ bonaꝫ
valitudinem ⁊ vires omnes facile
ſubtrahit. Et ſi medicos percontabe
ris omnium prope morborum cau
ſas inde ortas inuenies . Uilis ⁊ te-
nuis ⁊ ſimplex menſa bone valitudi
nis mater eſt.ita eam medici appella
runt: ⁊ non ad ſatietatem crapulari
ſanitatem et ſanitatis parenteꝫ. Cō
tra ſatietatem morborum ipſa medi
ca arte incurabiliuꝫ dixerunt: quod
perſpicuum eſt. Siquidem pedum:
capitis:oculorum:manuum : egritu
dines:paraliſis:hydropiſis:hicteria
febres:longe ⁊ acute: ⁊ plures id ge
nus morbi:nimia crapula contrahū
tur.neqꝫ eniꝫ vacat in preſentia om
nes enumerare:qui non ex modico
et temperato victu.ſed voracitate ⁊
crapula ingenerantur . Et ſi vis:ani
mi quoqꝫ morbos hinc prouenien
tes intelligere.auaritia:iactantia:bi
lis:deſidia luxuria:omnis deniqꝫ in
continentia hinc ducit originem.
Nec ſecus ac aſini anime immodi-
cis menſis et tot beluis diſtracte :
luxuriant perſtringam ⁊ dolores an
xietates qꝫ:quibus qui ſe ijs addixe
runt:afficiuntur. Omnes quidem e-
numerare non poſſumus.in ſummā
breui totum explicabo. varia nanqꝫ
et precioſa menſa:nunqꝫ auide nūqꝫ
cum voluptate fruuntur . Ut enim
tenuis menſa bone valitudinis: ita
⁊ voluptatis mater eſt crapula.et
vt morborum ita faſtidij:et fons eſt
⁊ radix. Ubi enim ſatietas:ibi audi
tas eſſe nullo pacto poteſt . Ubi nul
la auiditas:quo pacto ibi voluptas
erit? Propterea non tantum prudē
tia ⁊ valitudine proſpera : preſtare
diuitibus pauperes videmus:ſed et
letitia. Quibus manifeſte cognitis
ebrietatem delicias qꝫ fugiamus .nō
in menſis modo.ſed quecunqꝫ in re-
bus ſecularibus capiuntur ea omnia

ſpiritualium voluptate mutemus. ⁊
ſecundum prophetam. Delectare in
domino ⁊ dabit tibi petitiones cor-
dis tui. vt preſentibus et futuris bo
nis perfruamur. gratia et benignita
te domini noſtri Jeſu chriſti p quez
et cum quo patri gloria ⁊ ſpiritui ſan
cto in ſecula Amen

## Homelia xxij.

ex capitulo ſecundo

Hoc fecit initium ſignorū: Je
ſus in chana galilee. Pluri
muz nos diabolus vrget: plu
rimum noſtre inſidiatur ſaluti. Inui
gilandum igitur eſt: ⁊ contra illi⁹ im
petus: vnūquenqꝫ ſe omni ex par-
te premunire oportz. nam vel nimio
aditu viam ſibi qꝫ latiſſimam pa-
tefacit: paulatim vires accipit. De
ſiqua nobis ſalutis noſtre cura eſt:
ne minima quidem in re eum nobis
preualere permittamus: ne mox in
morbus ꝑreualeat. Summe nancqꝫ
amentie eſt: vt cum ille tantopere
animarum noſtrarum perditioni in
uigilet: nos contra: pro noſtra ipſo-
rum ſalute. non eandem adhibeam⁹
diligentiam. Hunc ego non temere
in preſentia ſermonem aggreſſus ſū.
Timeo ne in medio etiam templo
aliquando hic lupus delitcat: non ꝑ
uiſus a nobis: et inſidijs ſuis et no-
ſtra deſidia: ouis aliqua a grege: et
hac contione aberrans diripiatur.
Nam ſi eius vulnera ſenſu deprehē
derentur: ſi corpus offenderetur: nō
ſane eſſet difficile eius inſidias preca
uere. verum tum anima inuiſibilis:
inuiſibiles plagas accipiat ſūma no
bis opus eſt vigilantia. Nec tantuz
vnuſquiſqꝫ ſeipſuz probet. nemo enī
nouit hominez vt ſpiritus hominis
qui in ipſo eſt. oratio omnibus ī me-
dium proponitur cōmunis indigen

tibus medicina Vnunquenqꝫ audi
torum quod ad morbum ſuum facit
accipere oportz Neſcio qui egrotēt
qui bene valeant. idcirco de omnib⁹
loquor affectibus vt ſibi quiſqꝫ acco
modatam medicinaz inueniat. Nūc
in auariciam: nunc in delicias: nunc
in luxuriam inuehimur: rurſus vir-
tutes laudamus. Timeo enī nequan
do vni nobis morbo vacantib⁹: ali
quo magis laboret medicinam non
adhibeam. Si vnus hic eſſet: nō tā
neceſſarium ducerem multiplicē ha
bere ſermonem. ſed in tanta contiōe
plurimos eſſe affectus credibile eſt.
Quāobrez non īmerito hac vtimur
orationis varietate: que in omnes
diffuſa: quo quiſqꝫ indigeat: īueniet.
hac gratia ⁊ ſcriptura varia eſt: et
varia loquitur. cum in omnez homi
num naturam conditionemqꝫ diffū
ditur: in qua omnes reperiri affect⁹
neceſſe eſt. Licz non omnes in ſingu
lis his nos purgati: ſumma cū attē
tione que nobis hodie ꝓpoſita ſunt
audiamus. Hoc inquit fecit initium
ſignorū Jeſus in chana galilee. Di-
ximus quoſdam dicere nō fuiſſe hoc
initium ſignorum que illic facta ſūt.
Ego non contendo hoc. Illud affir
mo: poſt baptiſma chriſtū miracula
facere cepiſſe: ante nullum hoc ſiue
aliud primum fecerit: poſt baptiſma
non admodū queſitu neceſſariuz du
cimus. Et manifeſtauit gloriam ſuā
Quonam pacto? Non enīz multi af
fuerunt. ſed miniſtri tantuz: architri
clinus: ſponſus. Quo inqꝫ pacto ma
nifeſtauit gloriam ſuam? ex parte li
cet: et non tunc. ſecutis tamen tem
poribus manifeſtauit: cuz omnes id
miraculum eſſent audituri. hacten⁹
nancqꝫ predicatur neqꝫ vſpiam latz.
nam ꝙ in illa die non omnes ſciue-
rint ex ſequentibus conſtat. ſiquidē
cum dixerit manifeſtauit gloriaz ſuā

addidit. et crediderunt in eum diſci
puli eius qui etiam antea admirati
eū fuerunt. vides ne tunc ſigna ma
xime fuiſſe neceſſaria quādo idonei
eſſent diſcipuli ⁊ preſto ad miracula
accipienda? facilius enim credituri
erant: quorum predicatione vniuer
ſus orbis ſecutis temporibus in chri
ſtū credidit. ⁊ quonā modo ſine mi-
raculis eius quiſqꝫ habuiſſet cogniti
onē? doctrina: prophetia: miraculū
ſufficientia fuerunt que omniū ani
mos irriperent. Itaqꝫ iam anima fa
miliarior magis idonea facta eſt q̄ ſi-
gnis ⁊ miraculis moueretur. Quare
ſepe euangeliſte nihil operatum chri
ſtum dicūt. quādo quidē preſentes
ad id accipiendum non eſſent idonei
Poſt hec deſcēdit in capharnaū ipſe
⁊ mater eius et fratres ⁊ diſcipuli
eius. et ibi manſerunt nō multis die
bus. Quanam gratia cū matre abijt
in capharnaū? neqꝫ enim illic vllum
fecit miraculū: neqꝫ incole recte de
ipſo ſentiebāt. ſed multis flagitijs la
borabant: vt ipſe chriſtus oſtendit.
Et tu capharnaum vſqꝫ ad celū de
lata: vſqꝫ ad infernū deſcereris. Quo
niam vt mihi videtur. cum paulo pꝰ
eſſet hieroſolymā aſcenſurus: ante
capharnaum petijt: ne quocunqꝫ fra
tres ſecum et matrem traheret. Pa
rum igitur illic matris gratia cōmo
ratus: iterum miracula aggreditur.
Propterea inquit ꝙ nō multo poſt
aſcendit hieroſolymā. paucis itaqꝫ
ante paſcha diebus baptizatus ve-
nit hieroſolymā vbi rē mirā aggreſ
ſus eſt. Venit in templum ⁊ vendē-
tes oues: boues: columbas: ⁊ numu
larios ſedentes eiecit. Alius euange
liſta eū dicentē meminit. nolite fa
cere domū patris mei ſpeluncam la
tronum. hic autē inquit domū negoti
ationis. non vt inuicem diſcordent:
ſed ꝙ bis eos eiecerit: non eodē tpe.
ſed hoc in operum ſuorum initio. illud
iam paſſionis tpe appropinquante. q̄
re vehementiori caſtigatione vſus
latronū ſpeluncam appellauit. nunc
in ipſo principio remiſſius agit. ex q̄
veriſimile eſt illud iterum factum.
Preterea queſitu dignū eſt q̄ gratia
adeo chriſtus hic indignatus eſt: et
maxime cū alias iniurijs contume
lijs qꝫ affectus. ſamaritanus ⁊ demo
nium habens appellatus. nihil tale
fecerit. nunc non contentus flagello
verbis etiā in eos inuehitur? Con
tra cur iudei qui in collatis benefici
is chriſtū accuſabant et perſeque-
bantur: cū credibile eſſet tam acri
caſtigatione grauius excandeſcere
equo animo tulerunt? Nulla enim ī
eum contumelia vſi ſunt. ſed quod ſi
gnum inquiunt oſtendis nobis quia
hec facis? Animaduertis inuidiam
incredibilem: et quonam pacto ī ali
os collata beneficia magis eos irri
tabant? Sed cū ſpeluncā latronum
ab ijs templū fieri dicit: oſtendit: q̄
vendebantur a furto rapina: auari
cia: ⁊ alienis calamitatibus compa-
rata. cū autē domum negotiationis
impudentes eos in negotiando ſig-
nificat. Sed qua gratia hoc fecit?
Cum morbos eſſet ſabbato curaturꝰ
⁊ alia facturꝰ que illis tranſgreſſio le
gis videbantur: ne dei contemptor
et patri contrarius exiſtimaretur:
id fecit: vt eorum tolleret ſuſpicionē
Non enim par erat: vt qui pro tem
pli honore tantā oſtendiſſet indigna
tionem: ab eius domino alienū ani
mū haberet. Sufficientes ſane erāt
ſuperiores anni: quibus legi paruerat
qui eius erga legiſlatorem reuerenti
am oſtenderent: ꝙqꝫ non preuarica
retur. atqui cum credibile eſſet ſupe
riorem vitā: aut obliuioni manda-
tam: aut incognitam: vtpote in pau
pere ⁊ vili caſa educati: ⁊ cū vilibꝰ

conuerſati iam in omni frequentia
ꝓpe diem feſtum: cum multi concur
rerent hoc ſiu facit experimentum.
Necq; tm̄ illos eiecit. ſed euertit mē
ſas: diſperſit argentum. vt illi ſecum
reputarent: ꝙ qui ſe pro domus ho
nore periculis exponeret: eius do
minum minime cōtemneret. Necq; ſi
mulationē in ipo quiſpiā poterat
coniectari: cū non verbotenus mo
nuiſſet. ſed periculis et contumelijs
in medium vulgi: ꝛ cerdonum furo
rem: ſe obiecisſet: rem minime contē
nendam. hoc ſane non ſimulantis. ſꝫ
nihil pro diuini templi honore recu
ſantis: officiū fuit. hac gratia operi
v̄ba conſenſerunt. Nō enī dixit do
mum ſanctam ſed patris mei. patrē
appellat. necq; iudei indignantur. ſim
pliciter nancq; patrem acceperunt.
Cum autem in poſterū expreſſius
ſe illi equalem oſtendit. tunc exacer
bati ſunt. Quid igitur illi. Quod ſi
gnū oſtendis nobis: quia hec facis?
O ſummam dementiam. Quonā ſi
gno opus erat: cum malefacta corri
peret: et dei domū tanta purgaret
ignominia? Zelus ille pro dom⁹ dei
honore: maximum fuit virtutis ſi
gnum. Quod boni aduerterunt. Re
cordati nāq; ſunt diſcipuli eius tūc:
quia ſcriptum eſt. Zelus domus tue
comedit me. Illi autem prophetie
non meminerunt. ſed ſignum quere
bant. dolebant turpe lucrum auferri
et vt eum ab incepto auerterent. ad
miraculum trahere annituntur. Ideo
a ſignis abſtinuit: vt antea cum idē
peterent. reſponderat enim. Genera
tio mala ꝛ adultera ſignum querit:
et ſignum non dabitur ei niſi ſignum
Ione prophete. ſed tunc quidē ma
nifeſtius: nunc latentius: ob nimiā
eorum ſtulticiam. Necq; enim qui p̄
mum non petentibus ſignum dede
rat: petentibus negaſſet. niſi prauā
et fraudulentam eorum mentem co
gnouiſſet. Intellige queſo quid ſta
tim rogauerint. Intellige malitie
plenam percontationem. conſenta
neum erat vt chriſtus eam curam
ſuſciperet: et tandem domus igno
minia commoueretur. illi autem ac
cuſant: et vendere ſibi licere contē
dunt: necq; a vendendo deſiſtendū:
niſi ipſe ſignum oſtenderet. Quid ad
hec chriſtus? Soluite inquit tem
plum hoc et in tribus diebus excita
bo illud. Multa tūc obſcura ad eos
locutus eſt: que ad implendam pro
phetiam erant futura clariſſima vt
nunc contigit. Nam cum reſurrexiſ
ſet inquit a mortuis recordati ſunt
diſcipuli eius: quia hoc dicebat de
corpore ſuo: et crediderunt ſcriptu
re: et ſermoni quē dixit Jeſus. His
verbis alij dubitabant: alij reſpon
derunt. Quadraginta ſex annis edi
ficatum eſt templum hoc: et tu tri
bus diebus excitabis illud? ſecundā
templi edificationem meminerunt.
prima nancq; viginti annis abſoluta
eſt. ſed qua gratia dubitantibus nō
aperuit ſe templum carnem ſuā ap
pellare. Euangeliſta id interpreta
tur. chriſtus tacuit. Qua inquā gra
tia? quoniam ipſi⁹ verbis fidem nō
adhibuiſſent. Ac ſi diſcipuli nō erāt
idonei: qui ea audirēt multo minus
turpe. Inquit enim. Cum ſurrexiſſꝫ
a mortuis tunc recordati ſunt ꝛ cre
diderunt ſermoni ꝛ ſcripture. Duo
nancq; eis proponebantur: alterum
reſurrectio: alterum longe maius:
an deus in ipſo eſſet. vtrūq; his ver
bis ſignificauit. Soluite templum
hoc et in tribus diebus excitabo il
lud. quod ꝛ Paulus non paruum
eſſe diuinitatis ſignum oſtendens in
quit. Qui predeſtinatus eſt fili⁹ dei
in virtute ſecundum ſpiritum ſancti
ficationis ex reſurrectiōe mortuorū

Jeſu chriſti. Quare et hic ⁊ alibi ſe-
penumero hoc ſignum in medium
affert. Cum exaltaueritis inquit fili
um hominis: tunc cognoſcetis quia
ego ſuꝫ. et iterū nō dabitur vobis ſi
gnum niſi ſignum Jone prophete.
Et hic iterum. In tribus diebus ex
citabo illud. quoniā hoc vel maxie
argumento ſe non eſſe purum homi
neꝫ: et mortē ſibi ſubeſſe: et eius vim
⁊ bellum grauiſſimū mox ſoluturuꝫ
oſtendebat. Jdcirco inquit. tunc ſcie
tis. Tunc. Quando? quando videlꝫ
in reſurrectione orbem terrarum ad
me traham: tunc ſcietis me vt deuꝫ
⁊ dei filium dilectiſſimū: ad paternaꝫ
vlciſcendam contumeliā hoc feciſſe.
Quid tandeꝫ? Non dixit quibus ſi-
gnis a negotiatione mala abſtinere
oporteret. ſed daturū promiſit. Quo
niam id eos magis irritaſſet. hoc au
tem magis exterruit. At illi nihil re
ſponderunt: cum id incredibile vide
retur: ⁊ vt impoſſibile percōtari ne-
glexerunt. Qꝫ ſi ſane mentis fuerūt:
quod tunc incredibile viſum erat.
poſt tot ſigna et miracula profecto
querere ⁊ percontari debuiſſent: vt
eam ſoluerent dubitationem. ſed ſtul
ti: aut eius verbis aures non adhi
bebant: aut iniqua interpretatione
deprauabant. Propterea chriſtus
obſcure ad eos locutus eſt. Eſt au-
tem hoc in loco queſitu dignum.
Quomodo diſcipuli chriſtum a mor
tuis reſurrecturum ignorabāt. Quo
niam adhuc ſpiritali gratia indigni
erant. Jdeo qꝫ cum frequenter eis
chriſtus reſurrectionem predixiſſet:
nihil tamen manifeſte intellexerunt
ſed quid id eſſꝫ inuicem percontabā
tur. Videbatur enim haud quaqꝫ cre
dibile: ꝙ ſeipſum poſſꝫ aliquis ſuſci
tare: ⁊ ita ſuſcitari. Nec aliā ob cau
ſaꝫ Petrus reprehenſus eſt: qꝫ ꝙ cū
nihil de reſurrectione ſciret; inquit.

Abſit a te domine. neqꝫ chriſtus an-
te reꝫ ipſam hoc manifeſte diſcipulis
reuelauit: ne ſcilicet a principio tan
qꝫ rei maxime incredibili diffiſi per-
turbarentur. neqꝫ eniꝫ adhuc plane
norant quis eſſet. Manifeſtis nan-
qꝫ operibus nemo non credidiſſet.
ſolo autem verbo non ita fides pre-
ſtari aſſolet. Hac ratione obſcure ꝑ
mum locutus: cum re ipſa: fidem cō
firmauit: tunc ⁊ verbis prudentiaꝫ:
et tantam ſpiritus gratiam infudit.
vt repēte omnia ad ſe traheret. Jlle
vobis cōmmeorabit omnia inquit.
Naꝫ ſi vno duntaxat veſperi pudo
re abiecto diſcipuli fugiētes chriſtū
negauerunt: minime ſuperioris tem
poris operum ⁊ verborum eſſent re
cordati: niſi ſpiritusſancti gratiaꝫ ſu
perne affati accepiſſent. Qꝫ ſi a ſpi
ritu inquiet quiſpiam audituri erāt
quid oportuit chriſtum id prius cō-
municare. preſertiꝫ cuꝫ non intellige
rēt? Quoniam non docuit eos ſpiri
tus. ſed chriſti doctrinam in memori
am reduxit. quod non parum in eiꝰ
gloriam ceſſit. Spiritus itaqꝫ gratie
infuſio: tam larga: tam exuberans a
dei gratia ortum habuit. inde ſua ipi
virtute: donuꝫ conſecuti ſunt. Vite
enim honeſtate: atqꝫ ſapientia effulſ
ſerunt: magnos ſubierunt labores: ⁊
preſentem contempſerunt vitam:
nullius eaꝫ momenti arbitrati. hinc
ſuper omnes elati: tāqꝫ aquile leues
alte volantes: operibus ſuis in ipm
celum euaſerunt. Hinc ineffabilem
ſpūſſancti gratiam conſecuti ſunt.
Hos et nos dilectiſſimi imitemur:
neqꝫ extinguamus lampades. ſed ele
moſyna clariores reddamus. Huiꝰ
ignis lux ita ſeruatur. in vaſa oleum
dum hanc vitaꝫ viuimus colligamꝰ
quod nobis neqꝫ poſt hinc migratio
nem amplius: neqꝫ niſi per manus
pauperum colligere permittitur.

Colligamus inquam abunde:ſi cuꝫ
ſponſo ingredi volumus. Sin minꝰ
excludemur. Impoſſibile enim:im-
poſſibile inquaꝫ eſt:etſi innumera fa
ciamus bona ſine elemoſyna:celeſtis
regni:vel veſtibulum quidem attin
gere. Quamobreꝫ multa in paupes
vtenduꝫ eſt liberalitate:vt arcanis
et ineffabilibus illis fruamur bonis:
que vtinã omnes conſequamur.gra
tia ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu
chriſti cum quo patri gloria ſimul et
ſpiritui ſancto nunc ⁊ ſempꝫ ⁊ in ſecu
la ſeculorum Amen.

## Homelia xxiiii.

ex capitulo tertio

Cum autez eſſꝫ hieroſolymis
in paſcha ĩ die feſto multi cre
diderunt in nomine eius.
Chriſti temporibus alij in errore p-
ſtabant:alij veritatem oppugnabãt.
nonnulli eam complexi paulo poſt
deſerebant.hos chriſtus ſeminibꝰ cõ
parauit:radices tñ in ſupficie diffũ
dentibus: que ꝙprimum areſcunt.
Hos nobis euangeliſta in preſentia
ſignificat. Cum eſſꝫ hieroſolymis in
paſcha in die feſto multi crediderũt
in nomine eius:videntes ſigna que
faciebat. Ipe autem Jeſus non cre-
debat ſemetipm eis.eo ꝙ ipe noſſet
eos. Firmiores erant diſcipuli: non
ſignorum tñ gratia.ſed doctrine: Je
ſum ſecuti. Qui craſſiori erant inge-
nio ſignis trahebantur. Acutiori ve
ro: ꝓphetis ⁊ doctrina: quibus qui
crediderant:ſignis:deinde magis cõ
firmabantur.hos chriſtꝰ beatos ap
pellauit. Beati qui non viderunt ⁊
crediderunt. Qꝫ autem hi non vere
crederent:ex ſequentibꝰ oſtendit.ipe
enim inquit Jeſus non credebat ſe-
ipm eis.q̃re? Eo ꝙ ipe noſſꝫ omnes
et quia ei opus non erat vt quis te-
ſtimonium perhiberet de homĩe.ipe
enim ſciebat quid eſſet in homine.
hoc eſt nõ curabat exteriora verba
qui in ipos animos ingreditur: qui
in humanas cogitationes irrumpit
qui eorum feruorem mox infrigeſce-
re cognoſcebat:necꝫ acſi perfecti eſ-
ſent diſcipuli:eis fidebat: nec arca
norum doctrinaꝫ tancꝫ fidelibus cre
debat.humanorum autem cordium
cognitio ſolius dei eſt qui ea forma
uit. Tu enim inquit cognoſcis cor-
da ſolus. Non opus erat Jeſu teſti
bus.ad eas quas formarat mentes
cognoſcendas. Norat igitur eorum
infirmitati non credenduꝫ.homines
enim vtpote qui necꝫ preſentia ne-
cꝫ futura intelligunt:cum fraudulẽ
tis ⁊ inſtabilibus ſepenumero res ſu
as ſine ſuſpicione communicãt.chri
ſtus autez abſcondita cordiuꝫ mani
feſte intuebatur. Tales multi ſunt:
his quocꝫ temporibus:qui ſibi fidei
nomen vendicant: facile ad creden
duꝫ adducuntur.his necꝫ nunc chri
ſtus fidit:plurima occulit.et quẽad
modum nos:non eodem modo ami
cis nomine et re credimus: ita necꝫ
deus.audi quid diſcipulisꝰ dicat. Nõ
iaꝫ vos dico ſeruos. Uos amici mei
eſtis. Unde ⁊ quamobrem? Quia q̃-
cũcꝫ audiui a patre nota feci vobis
Hac gratia nulla iudeis(ne petenti
bus quidem)ſigna oſtendebat.quo-
niam tentandi gratia percontaban
tur. Nonne et nunc quocꝫ ſignoruꝫ
petitio:tentantium eſt? Sunt ſane
et hac noſtra etate qui querãt. Qua
re ⁊ nunc ſigna non fiunt. Si fidelis
es vt oportet. Si chriſtum diligis
vt diligendus eſt.nõ indiges ſignis
Signa enĩ incredulis dantur. Cur
igitur inquis iudeis non data ſunt?
Sunt inquam maxime. Qꝫ ſi peten

tes aliquando non acceperunt. ideo factum eſt. quoniaꝫ non vt ab incredulitate deſiſterent: ea querebant. ſꝫ vt magis malicia ſua obdureſcerēt.

## Capitulum tertium

Erat homo ex phariſeis Nicodemus nomine princeps iudeorum. hic venit ad Jeſum nocte. Dici ī euāgelice narrationis progreſſu chriſto opitulatur. dicit enim. Lex noſtra nō iudicat quenq̃: niſi prius audiat ab eo ⁊ cognoſcat quid faciat. Aduerſ⁹ hunc iudei indignati dicebant. Interroga ⁊ vide ꝙ ꝓpheta ex galilea nō ſurrexit. Hic etiam poſt paſſionem multum diligentie in ſepulturam dominici corporis adhibuiſſe perhibet̄. Uenit enim inquit et Nicodemus qui venerat ad Jeſum nocte primū: ferens mixturā myrrhe et aloes q̄ſi libras centum. hic nunc afficiebatur quidem chriſto. non tamen vt oportebat: neq̃ quo debebat animo. ſed adhuc iudaica imbecillitate detinebatur. ideo nocte venit. quia īterdiu formidabat. Sed clementiſſimus deus: neq̃ tam frigidum affectum pepulit: neq̃ obiurgauit: neq̃ indignū ſua duxit doctrina. ſed multa cū manſuetudine eum alloquitur: et arcana aperit. obſcure quidem. aperit tamen. quippe qui longe magis venia dignum exiſtimauit: q̃ qui malicia percontabantur Jlli enim nullo pacto poterāt excuſari. hic etſi reprehenſioni. non tante tamen: erat obnoxius. quomodo igitur euangeliſta nihil tale de Nicodemo dixit. quēadmodum alibi. ꝙ ex prīcipibus multi crediderunt in euꝫ. ꝓpter iudeos autem non confitebantur ne extra ſynagogam fierent? Quia id totum ex nocturna profectione ſignificauit. Quid ergo inquit? Rabbi: ſcim⁹ ꝙ a deo veniſti. nemo enī potest hec ſigna facere que tu facis: niſi fuerit deus cū eo. Adhuc humi vertitur Nicodemus: adhuc humanā de chriſto habet ſententiam: et tanq̃ de ꝓpheta loquitur. nihil altum ꝓpter ſigna coniectatus. Scim⁹ inquit. ꝙ a deo veniſti magiſter. Quid ergo noctu venis: et clanculum: ad euꝫ qui diuina loquitur: qui a deo venit? Quid non aperte profiteris? Sed hoc neq̃ dicit neq̃ reprehendit Jeſus. Calamum enim contritū non confringes inquit: ⁊ linum ardentem nō extinguas. Non dicet inquit neq̃ clamabit. Et iterū. Non veni vt iudicem mundum. ſed vt ſaluum faciam Nemo poteſt hec ſigna facere que tu facis niſi fuerit deus cum eo. Adhuc ſecundum hereticos loquitur: q̄ dixerunt chriſtum in operibus ſuis alterius indiguiſſe auxilio. Quid ed hoc chriſtus? Conſidera queſo humilitatem incredibilem. Noluit dicere ſe nullius egere auxilio. omnia ſuapte facere poteſtate. eſſe dei dilectiſſimum filium et eiuſdem qua pater potentie. eo ꝙ difficile creditu videbatur. Quod enim ſemper dixi et nunc dicam. cure erat chriſto a prīcipio. non tam quiſnaꝫ eſſet oſtendere q̃ vt crederetur nihil contra patris facere voluntatem. Jdeoq̃ verbis ſepenumero humilioribus locutus eſt. re autē quid poſſet oſtendit Miracula virtute ſumma operatus eſt. Uolo inquit Purgare. Tabitha ſurge. Extende manum. dimittūtur tibi peccata tua. Tace: obmuteſce. Tolle grabatū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Tibi dico malū demonium exi ab hoc. Fiat tibi vt vis. Siq̄s vob aliquid dixerit dicite: quia domino his opus eſt. Hodie mecum eris in

paradiſo. Audiſtis quia dictū eſt an
tiquis. Non occides. Ego autꝫ di
co vobis: quia omnis qui iraſcitur
fratri ſuo: reus erit iudicio. Venite
poſt me faciaꝫ vos piſcatores homi
num. Sic in omni euangelio ſūmaꝫ
eius deprehendimus in rebus auto
ritatem. Et quonam pacto ei quiſ-
piam credidiſſꝫ: niſi ſm̄ iuſſa res finē
aſſecute eſſent? Potuiſſent inania de
rideri precepta. Verum cum re eue
nerint etiam inuitis ſilentium impo
ſuit. Ex ſolis enim verbis iudei vt
erant impudentes: ſtulticiam eiꝰ ar
guere potuiſſent. Quāobreꝫ hoc in
loco Nicodemū alloquens. nihil al
tum attingit. ſed obſcure. et humili
ad ſuperna erigit: admonet qꝫ ſe ſibi
ipi ſufficientem ad facienda miracu
la. Perfectum enī ipm̄ genuit pater:
nullius indigentē: nulliꝰ rei humilis
aut abiecte participem. Sed videa
mus quomodo hoc confirmet. Dixe
rat Nicodemꝰ. Rabbi ſcimus quia
a deo veniſti magiſter: ⁊ ꝙ nemo po
teſt facere que tu facis: niſi fuerit de
us cū eo. Exiſtimauit ſe magnuꝫ ali
quid dixiſſe. Quid chriſtus? Vt oſtē
deret nondum vere cognitionis ve-
ſtibulum attigiſſe: ſed extra regiā ab
errare: et ipm̄ ⁊ quicunqꝫ eadem eſſꝫ
ſententia. reſpondit. Amen amen di
co tibi. Niſi quis natꝰ fuerit denuo:
non poteſt videre regnum dei. Hoc
eſt. niſi iterum naſcaris: et vera im-
buaris doctrina: longe a regno dei
aberras. Sed obſcure dixit: ⁊ vt eq
ori animo toleraret: non aperte ad
ipſum ſermonem vertit. ſed indefini
to vtitur verbo. Niſi quis renatus
fuerit tantum non dicens ſiue tu: ſi-
ue quis alius: talem de me habet o-
pinionem: in regnuꝫ non recipietur
Qꝫ niſi hac ratione dixiſſꝫ nihil ſa-
ne ad propoſitum id reſpōſum. Hoc
ſi iudei audiſſent: irriſiſſent profecto
et abijſſent. Nicodemus autem: et i
hoc diſcendi ſtudium pre ſe tulit. et
propterea obſcure aliquando loqui
tur chriſtus: vt audientes attentio
res reddat. Siquidem clarum ⁊ ma
nifeſtum verbum: fugit nonnunqꝫ
auditorem. obſcurum autem etiam
diligentiorem efficit. Sententia au
tem eſt. Niſi genitus fueris denuo.
hoc eſt niſi ſpiritus per regeneratio
nis lauacrum particeps efficiaris:
non poteris veram de me opinio-
nem concipere. Iſta tua non ſpirita
lis. ſed animalis opinio eſt. Non ta
men his verbis vſus eſt. noluit eniꝫ
pro viribus ⁊ cognitione ſua loquē
tem perterrere. ſed ad maiorum co
gitationem ſine ſuſpicione erigit Ni
ſi quis renatꝰ fuerit denuo. Denuo
hoc in loco: alij e celo: alij iterum ex
ponunt. Quippe qui non ita naſci-
tur non poteſt videre regnum dei.
Regnum dei ſeipſum ſignificat: oſtē
dens non eſſe id tantum quod vide-
tur. ſed alijs oculis opus eſſe vt vi
deatur. Ad hec Nicodemus quo-
mō inquit poteſt homo naſci cum
ſit ſenex? Rabbi eum appellas. et a
deo veniſſe dicis ⁊ eius verba non
intelligis? eo etiam verbo vteris qđ
multam affert perturbationem. Ea
enim particula: quomodo: non mul
tum credentium. ſed adhuc terrena
ſapientium eſt. Nam et Sarra pro-
pterea riſit. quia quomodo parere
poſſꝫ cogitauit. et alij multi hoc ver
bo fide exciderunt. Heretici quoqꝫ
hinc in ſua periſtant opinione. alij q̄-
dem quomodo natus eſt chriſtus.
alij quomodo carnem accepit inter
rogant: et mentis ſue imbecillitati:
immenſam illam et ineffabilem ſubij
ciunt ſubſtantiam. que importuna
curioſitas: ſapientibus fugienda eſt.
Neqꝫ enim qui quomodo percontā
tur: id ſcient: et a vera excident fide

Propterea Nicodemus cum dubi
taret modum inquirit. id enim ſibi
dici intelligebat. perturbatur: et reꝫ
non intelligit. Nam cum ad chriſtū
tanquam ad hominem veniſſet: au
diretqꝫ q̄ ab homine longe maiora:
et que nemo vnquam audierat: pri-
mum ad id mentem erigit. caligine
tamen perſtringitur: neqꝫ perſtat in
fide: rei difficultate huc illuc diſtra
ctus. Ideo non poſſe id fieri primuꝫ
aſſerit: inde apertius ſibi declarari
rogat. Nunquid inquit poteſt in vē
trem matris ſue iterato introire: et
renaſci? Animaduertite quonam pa
cto qui humanis rationibus ſpirita
lia admiſcet: ridicula loquitur: et de-
lirat tanquam ebrius: quotiens di-
uinorum ſenſum perſcrutatur neqꝫ
eum accipit. Audiuit generationeꝫ
ſed ſpiritalem: non intellexit: ſed ad
carnis traxit vtilitatem. et tam ad
mirabilem profundam doctrinaꝫ na-
turali neceſſitati conglutinauit. de-
liramenta: et ridiculas proponit
dubitationes. Idcirco Paulus in-
quit. Animalis homo nō ſuſcipit
ea que ſpiritus ſunt. Verum nico
demus chriſtum reuerenter alloqui
tur. non intellexit que diceret: et im
poſſibile id arbitratur. hoc tamen cō
ticet. Duo ei dubitationem faciebāt
et generatio talis: et regnum. Neqꝫ
enim. regni nomen auditum erat a
iudeis vnquam: neqꝫ huiuſmodi ge
neratio. primum autem priorem par
tem aggreditur: que maxime eius
mentem mouerat. Nos autem ho-
rum non ignari: diuina myſteria ꝑ-
ſcrutari caueamus: neqꝫ rerum hu
manarum neceſſitate illa agi exiſti-
memus. ſed pietate ſumma: omnia
intelligamus. ſcripturis fidem adhi
beamus. Curioſus nanqꝫ ⁊ nimius
rerum diuinarum perſcrutator: ni-
hil proficit: nihil inuenit: preter vl-
timum ſupplicium. Audis natum
chriſtum. crede: quomodo: noli diſ-
quirere. neqꝫ propter hoc tollas ge
nerationem: quod vltime ſtulticie
eſt. Nam ſi nicodemus (generatio-
ne: non illa ineffabili. ſed hac que ei
gratia prouenit audita) quoniaꝫ ni
hil magnuꝫ animo concepit. ſed ter
renis tantum inheſit: tenebris per-
fuſus eſt. quanto ij digni ſupplicio
qui admirandam illam ⁊ omnem ſu
perantem rationem et intellectum
tanto ſtudio querunt: inueſtigant:
perſcrutantur? Nihil enim tam ob
ſcuris obducitur tenebris q̄ huma
na cogitatio: que omnia ad terram
reducit: nec patitur celitus lumen
accipere. Viliſſima profecto ⁊ ad lu
tum omnia referens. ideo ſuperna
nobis aqua opus eſt: vt ablui et
quantum fieri poteſt: mundi celum
petamus: et celeſtibus imbuamur
diſciplinis. hoc autem et animi bo
nitate: et vite rectitudine aſſequi-
mur. neqꝫ enim intempeſtiua inueſti
gatione dūtaxat. ſed corruptis quo-
qꝫ moribus: humana mens in tene
bris verſatur. Quare Paulus ad co
rinthios inquit. Lac vobis potum
dedi: non eſcam. nondum enim pote
ratis. ſed ne nunc quidem poteſtis.
adhuc enim carnales eſtis. cum ſit
inter vos zelus et contentio: nonne
carnales eſtis? Et ad hebreos. et ali
bi: frequenter hanc maloruꝫ dogma
tum cauſam paulum afferenteꝫ qui-
uis videre poterit. Anima enim affe
ctibus implicita: nequit profecto ma
gnum aliquid aut generoſum intue
ri. ſed tanquam lippitudine quadaꝫ
perturbata in tenebris verſatur.
Mentis igitur oculos: tam grauiſſi
mo morbo liberemus: illuminemus.
Nolimus inter ſpinas ſemen iacere
Quenam hec ſpinarum copia? no-
ſtis: et ſi tacemus. ſepenumero au

diſtis chriſtum preſentis vite ſolici
tudines et diuitiarum fraudes: ſpi
nas appellaſſe. et merito ſane. Nam
quemadmodum ſpine ſteriles ſunt:
ita et diuitie. Quemadmodum ille:
qui tangunt lacerant: ita harum cu
piditas. Quemadmodum facile igni
comprehenduntur: et odio haben
tur agricolis: ita huius ſeculi nego
tia. Poſtremo vt inter ſpinas fere:
vipere: ſcorpij vliteſcunt: ita in frau
dibus diuitiarum. Uerum enimuero
dilectiſſimi ſpiritus ſancti igne: ⁊ ſpi
nas couſumamus: et beſtias effuge
mus. vt agricole agrum purgatum
reddamus. inde ſpiritalibus aquis
irrigemus: plantemus oliuaz fructi
feram: plantam vtiq̃ mitiſſimam:
et ſemper virentem: que illuminat:
que nutrit: que bonam facit valitu
dinem. hec elemoſyne ſunt officia:
que tanquam ſignaculum eſt cum
poſſidentibus. Hec planta ne mor
te quidem areſcit. ſed ſemper viret:
mentem illuminat: animi vires nu
trit: ac etiam robuſtiores efficit.
Hanc ſi perpetuo amplectemur: fi
denter et ſponſum adire: et thala
mum ingredi poterimus. cuius vti
naz omnes fiamus participes. Gra
tia et benignitate domini noſtri Je
ſu chriſti: cuz q̃ patri gloria ſimul et
ſpiritui ſancto nunc et ſemper et in
ſecula ſeculorum Amen.

## Homelia xxiiii.

ex capitulo tertio

Reſpondit Jeſus amen amen
dico tibi. niſi quis renatus
fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſan
cto non poteſt introire in regnum
dei. Pueri ſingulis diebus ad magi
ſtros proficientes: et doctrinam ac
cipiunt: ⁊ acceptam recitant: nunq̃
vacantes: vt ſcientie poſſeſſionem
adipiſcantur. interdum noctes die
bus iungũt: et adhuc pro caducis et
fluxis rebus ſepenumero illos cogi
tis. Nos autem a vobis qui perfe
ctiori eſtis etate. non tantum exigi
mus quantum vos a liberis veſtris.
non enim ſingulis diebus ſed duob⁹
tm̄. ⁊ breui eorum parte. vt vos la
bore leuemus: hortamur orationi
noſtre aures adhibeatis. Ad hec et
paulatim vobis ſcripturarum dicta
decerpimus vt facile accipere in mē
tis veſtre theſauris recondere: me
morie mandare mãdata alijs diligē
ter exponere: poſſitis. Quod profe
cto aſſequimini niſi perq̃ ſomnolen
ti et deſidie deditï: et puerulis lõge
ebetiores ſitis. Accipiatis igitur di
lectiſſimi que heſternam contionem
ſequũtur. Heſitabat nicodemus: et
de huius ſeculi generatione locutuz
chriſtum arbitratus. Impoſſibile in
quit ſenem naſci denuo. Animaduer
te nunc quomodo iterum chriſtus:
quã generationez dicat manifeſtius
oſtendit: difficilem quidē ei qui fm
animam tm̄ percontabatur poterē
tn̄ a terrene cogitationis humilita
te erigere auditorem. Quid ergo
dicit? Niſi quis renatus fuerit ex
aqua et ſpiritu ſancto: non poteſt in
troire in regnum dei. Tu impoſſibi
le dicis. ego tam neceſſarium: vt a
liter quis ſaluus eſſe nõ poſſit. quip
pe que maxime neceſſaria ſunt ea e
tiam facilia fecit deus. Terrena et
ſecundum carnem generatio ex pul
uere eſt: ideo recondita ſunt ei cele
ſtia. Quid enim commune terre cuz
celo? Spiritalis celeſtes nobis por
tas perfacile aperit. itelligitis quot
veſtrũ i tenebris ſitis? Exhorreſcite

gemite: formidoloſe mine ſunt: formi
doloſa ſententia. Non poteſt inquit
qui non renatus fuerit ex aqua et
ſpiritu introire in regnum celorum
Non ita ſentiebat Nicodemus. Ni
hil enim peius eſt ꝙ humanis ratio
nibus ſpiritalia ſubijcere. Hoc illuꝫ
impedit ne quid magnum: ne quid
profundum contemplaretur. Ideo
nos fideles appellamur: vt huma-
narum cogitationum vilitate con-
tempta: ad fidei altitudinem euāda
mus: et que nos manent bonorū
cognitionem hauriamus. Quod ſi
Nicodemus intellexiſſet: non ſane
impoſſibile duxiſſet. qua vt abduce
retur ſententia. quam diceret gene-
rationem chriſtus oſtendit. Niſi qs
renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſan
cto: non poteſt introire in regnum
dei. Voluit eum minis perterrere: et
ad credendum allicere: ne impoſſibi
le arbitraretur: et vt carnalis gene
rationis opinionem tolleret. Aliam
inquit Nicodeme generationem di-
co. Quid ad terrā deuolueris? Quid
hanc naturali ſubijcies neceſſitati?
Alius partus hic et excellentior Ni
hil cum terrenis communicat. nomi
ne tantum hec generatio conuenit.
re longe differt. Reijce communem
conſuetudinem. alium partum indu
co: quo homines renaſci volo. Aliū
generationis moduꝫ affero. Forma
ui ex terra et aqua. nō vtile vas eua
ſit. ſed deterius factum eſt. non am
plius aqua et terra fingendum eſt.
ſed aqua et ſpiritu. Qȝ ſi quis inter-
roget quomodo ex aqua: rurſ⁹ ego
illum: quomodo ex terra? Quomo-
do lutum in aliaꝫ tranſiuit materiā?
Quomodo vnius ſpeciei ſubiectum
(terra enim ſola erat) varia ⁊ diuer
ſa effinxit. Vnde oſſa nerui: arterie:
vene? vnde membrana et vaſa orga
nica? vnde epar: ſplen: cor? vnde cu

tis: ſāguis: phlegma: colera? vn̄ tot
operationes: tot colores? hec enim
non terre ſunt: neqꝫ luti. Quomodo
terra accepto ſemine germinat caro
acceptum corrumpit? quomodo ter
ra commiſſa nutrit: caro ijs nutri-
tur: nō nutrit? Terra collecta aqua
vinum facit: caro id ſepenumero ac
ceptum in aquam vertit. Vnde igi
tur caro ex terra eſt: cum contrari
am terre operationem oſtendit? Sa
ne ratione inuenire non poſſumus:
fide ſola poſſumus. Qȝ ſi que quo-
tidie videmus et tangimus fide in
digent: quanto magis arcana illa et
ſpiritalia? Nam quemadmoduꝫ ter
ra inanimata immobilis diuina vo
luntate ad tanta miracula producē
da vires accepit: ita ſpiritu et ſenſi
bili aqua omnia hec admirabilia et
humanam excedentia cogitationeꝫ
facile exoriuntur. Noli igitur quoni
am hec non vides: diffidere. neqꝫ
enim animam vides. tamen animaꝫ
eſſe et eam te habere: et aliquid pre-
ter corpus eſſe non dubitas. Verum
chriſtus non hoc. ſed alio exemplo
nicodemum allicit. Siquidem ani-
ma incorporea eſt. nicodemus vero
craſſioribus adhuc cogitationibus
verſabatur. Mediuꝫ igitur adduxit
exemplum quod non ad ſolidi corpo
ris naturam neqꝫ ad incorpoream
aſcendit. hoc eſt venti impetus. Et
primum ab aqua orditur que tenui-
or eſt ꝙ terra: craſſiorqꝫ vent⁹. Quē
admodū enim in principio elemētū
terra: ſubiecta eſt totum autem opi-
ficis dei fuit: ita hoc in loco elemen
tum aqua ſubijcitur. Veruntamen
totum ſpiritalis eſt gratie. et tunc q̄
dem in animam viuentem factus eſt
hō: nunc in ſpiritū viuificantē Vez
magna eſt differentia. Anima enī vi
tā alicui non dat. ſpirit⁹ aūt non mo
do per ſe viuit. ſꝫ alijs vitā largitur:

ita mortuos ſuſcitarunt apoſtoli.
Et tunc quidem poſt factaꝫ creatu
ram homo formatus eſt .hic autem
contra. Siquidem ante nouaꝫ crea
turam nouus homo creatur :et pri-
mus naſcitur:et tunc mūdus traſfi
guratur. Et quemadmodum a prin
cipio totum formauit:ita nunc totū
creat. Et tunc. Faciamus inquit ei
adiutorium.hic minime. Quippe qui
ſpiritus ſancti gratiaꝫ accipit:nulla
alia re indiget. Qui in chriſti corpo-
re perficitur.quonam alio ei opus ē
auxilio? Tunc ad dei imaginem fecit
hominem:nunc deo familiarem red
didit. Tunc piſces ⁊ feras homini
ſubiectos fecit.nunc ſupra celos no
ſtrum propagauit imperium. Tunc
paradiſi incolam conſtituit.nunc ce
lum aperuit. Tunc ſexta die factus
eſt.nunc prima ⁊ ipſo principio vna
cum luce. Ex quibus omnibus con
ſtat:ꝙ ad aliam meliorem:et nullum
finem habituram vitam:hec efficie-
bantur. Prima igitur formatio ex
terra hoc eſt Ade. Altera ex eius la
tere:mulieris videlicet.tertia ex ſe-
mine:vt Abel. Verum nullam harū
quomodo et qua fiant ratione aſſe-
qui poſſumus:quanqꝫ craſſiora ſint.
Quonam igitur pacto de intellectu-
ali per baptiſma generatione ⁊ tam
admirabili partu rationem redde-
mus:que longe altiora ſunt ⁊ ſubti
liora? Nam ⁊ angeli qui affuerunt:
tam inenarrabilis operis moduꝫ mi
nime enarrare poſſent. Affuerūt dū-
taxat ⁊ viderunt.nihil tamen opera
ti ſunt.ſed pater tm̄ et filius ⁊ ſpūs
ſanctus. Pareamus igitur diuīe ſen
tentie que ſenſu ipſo viſus certi-
or eſt. Viſus enim ſepenumero falli
tur.illa minime. Nam cum omnia q̄
cunqꝫ ſunt deus effecerit.dignus ſa
ne eſt cui fides adhibeatur: cum de
ſuo qcqꝫ aſſerit opificio. Quenā er-
go diuina ſententia eſt? De genera-
tio eſt res perfecta quod ſiquis quo
modo percontabitur:ſilentium ei di
uino imponas teſtimonio :quod ma
xima eſt et certiſſima demonſtratio.
Sin iterum rogabit qua ratione a-
qua abluimur : rogemus rurſus et
nos: cur vniuerſa terra principium
in hominis formationeꝫ retulit. Nā
ꝙ ſine terra homo fieri potuiſſet ne
mini dubium eſt. Sed inquiet quiſ
piā a terra corpus habuiſſe: ab aq̄
autem nihil. Verum in hac re aqua
non parum confert. Quamobrem
noli curioſius inueſtigare. Nam ꝙ
pernecceſſaria ſit aqua vel inde per-
ſpicuum eſt. ꝙ cum ante aquam ſpi
ritus inſpiraſſet. In hoc tamen non
quieuit apoſtolus. ſed ad aque ne-
ceſſitatem oſtendendam ait. Nun-
quid aquam quis prohibere poteſt:
vt non baptizentur ij qui ſpiritum
ſanctum acceperunt: ſicut et nos?
Quenam ergo aque neceſſitas? Iaꝫ
abſconditum vobis myſterium ape
riam.ſunt et alia. nunc vero ex om-
nibus vnum expoſuiſſe ſufficiat. pri
mum diuina in hoc conſumantur
iudicia: ſepultura :mortificatio : re-
ſurrectio:vita: et hec ſimul omnia.
In aqua enim tanquam in ſepulcro
caput immergentibus: vetus homo
ſepelitur :emergentibus nouus re-
ſurgit.inde vt facile nobis eſt imer
gi:et emerſos reſpirare.ita deo vete
rem ſepelire hominem:et nouum in-
ducere. Preterea hinc patris et filij
et ſpiritus ſancti virtutem: hec om
nia implere intelligis. Quod ne cō
iectura a me ſed vero ſenſu dictum
intelligas:audi Paulum. Conſepul
ti inquit ſumus cum illo per bapti
ſmum. Et iterum. noſter vetus ho
mo ſimul crucifixus eſt. Et item.
Complantati facti ſumus ſimilitu
dini mortis huius

Non ſolum autez baptiſma crux di
citur.ſed crux baptiſma. Baptiſmo
enim quo ego baptizo:inquit bapti
zabimini:et baptiſino habeo batiza
re:quod vos neſcitis. Nam quēad-
modum facile baptizamur ⁊ emergi
mus:ita ipē moriens:cum volu t re
ſurrexit:immo longe facilius: q̄uis
triduum diuini myſterij diſpenſatio
ne:in ſepulcro iacuerit. Cum igitur
tantis myſterijs nos deus dignatꝰ
ſit:vitam dono conſentaneam exhi
beamus: vitam inquam optimam.
Qui autem ſi non adhuc digni eſtis
totis viribus contendite: vt digni
efficiamini:vt fiamus omnes vnum
corpus:vt ſimus fratres. Donec ei
diſſentientibus:ſiue patrez quis ha
beat ſiue filium ſiue fratrem: nemo
ſane vera propinquitate deuinctus
inuenitur: ſpiritali propinquitate
ablata. Quid enim vtilitatis lutei
corporis coniunctio niſi coniunga
mur et ſpiritu?quid nobis terrena
confert cognatio:ſi in celis ſumꝰ ali
eni? Alienus eſt chatecuminus a fi
deli.non habz idem principium:nō
eandem ciuitatem: non eundem pa
rentem:non victum: non veſtitum:
non menſam:non caſtrum: non do-
mum nihil commune. Etenim terre
na cathecumini:celeſtia fidelis ſunt.
huic chriſtus rex eſt.illi autem pec
catum et diabolus. Huic cibus chri
ſtꝰ ē:illi qđ corrūpitᷣ. Et rurſus huic
veſtis tinearꝫ opera.illi autem ange
lorum dominus. Huic terra.illi ce-
lum patria.itaqꝫ cuz nihil communi
cemꝰ.que cum illis nobis cognatio?
Sed eandem matrem habemus:eo
dem partu nati ſumus Nihil hoc ad
veriſſime cognationis cōparationez
Studeamꝰ ſuperne ciuitatis ciues
fieri. Quouſqꝫ ab ea peregrinamur?
Oportet veterem repetamus patri
am.neqꝫ enim paruis rebus pericli-
tamur. Nam ſi inopia et repentina
mors quod abſit nos inuaderet:et
celeſtium ignari hinc migraremus
nihil nobis innumera huius ſeculi
bona ad ſalutem proficerent. quin
nos gehēna vermis venenoſꝰ ignis
inextinguibilis et cathene maneant
indiſſolubiles. Sed abſit vt audito
rum meorum quiſpiaz eo damnetur
ſupplicio. Quod euitabimus: ſi ſan-
ctis dignati myſterijs: aurum argē
tum:lapides precioſos ſuper funda
mento ſecunduz apoſtolum edifica
bimus. Hoc pacto hinc emigrantes
diuites apparebimus: ſi pecunias n̄
hic relinquemus.ſed per pauperum
manus ad perpetuos transferamus
thezauros. Si chriſto mutuabis.
cui multa debemus: non quidem pe
cunias.ſed peccata. Mutuemus ita
qꝫ pecunias vt veniam accipiamus
peccatorum. Ipſe enim eſt qui iudi-
cat. Nolimus enim deſpicere in hoc
ſeculo eſurientem:vt in futuro nos
nutriat. Hic eum veſtimento operi
amus:ne ſuo nos auxilio nudos de-
ſtituat. Si ei potum dederimus.non
dicemus cum diuite. Mitte Lazarū
vt intingat extremum digiti ſui in
aqua: vt refrigeret linguaz meam.
Si hic domi hoſpitem accipiemus:
multa nobis in regno ſuo habitacu
la preparabit. Si in carcerem in-
truſum viſitabimus:ipſe nos vincu
lis liberabit. Si peregrinum collige
mus:nos celeſtis regni peregrinos
non deſpiciet.ſed ſuperne ciuitatis
participes faciet. Si infirmo operā
preſtabimus: q̄primum noſtras cu
rabit infirmitates. Parua igitur ſal
tē exhibeamꝰ:vt pro paruis maria
accipiamꝰ. Maxima mercemur. Dū
tēpꝰ eſt ſeminemꝰ: vt metamꝰ an̄qꝫ
hyems adueniat. Dum mare naui-
gari poteſt: dum huius negotiatōis
ſumus domini. Sed qn̄ erit hyems?

Quando magnus ille ⁊ tremendus
dies aduenerit. Tunc non amplius
mare hoc ſpatioſum et immenſuꝫ na
uigare nobis licebit. Mari nanqꝫ p̄
ſens hec vita comparatur. Nunc ſe-
rendi tempus eſt: tunc meſſis ⁊ pro
uentus. Qui non ſementis tempore
ſed in meſſe ſeminarit: eſt ſane ridicu
lus. Sementis nunc tempus. Non
igitur nunc colligendum. ſed diſper-
genduꝫ eſt. Diſpergamus vt congre
gemus. Non congregemus vt meſ
ſem amittamus. hoc enim vt dixi tē
pus ad ſerendū nos vocat vt diſtri
buamus. non colligamus. Erogemꝰ
non recondamus. Nolimus tempe
ſtiuum tempus cōtemnere. ſed vber
tim ſemen iaciamus: nec vlla ex par
te noſtris parcamus facultatibꝰ: vt
multiplicem dei in nos remunerati-
onē liberalitatē q̄ experiamur. Gra
tia ⁊ benignitate domini noſtri Jeſu
chriſti: per quem ⁊ cum quo patri
gloria ſimul ⁊ ſpirituiſancto⁊ in ſecu-
la ſeculorū. Amen.

## Home. xxv.
ex capitulo tertio

QUod natum eſt ex carne ca
ro eſt: ⁊ quod natū eſt ex ſpi
ritu ſpiritus eſt. Magnis
nos myſterijs dignatus eſt vnigeni
tus dei filius: magnis inqꝫ ⁊ diuinis
non qualia nos accipere. ſed qualia
ipſum exhibere decet. Nam ſi meri-
ta noſtra reputabimus non modo
munere nullo. ſed ſupplicio digni ſu-
mus. Sed non hoc reſpiciens beni-
gnus deus. non modo nos ſupplicio
liberauit. ſed et vitam: multo priori
potiorem largitus eſt. Alium nobis
mundum: aliam condidit creaturaꝫ.
Si qua eniꝫ in chriſto eſt inquit: no
ua eſt creatura. Quenaꝫ? Audi ipſū
Niſi quis renatus fuerit ex aqu- et
ſpirituſancto: non poteſt introire in
regnū dei. Terra excideramus haud
digni quibus hic habitationem con
cederet. in celum tamen nos extulit.
Principio infidos nos deprehendit
et maiora largitꝰ eſt. Ab vno ligno
non abſtinuimus: et ſupernas delici
as impartitus eſt. In paradiſo ꝑma
nere non potuimus: ⁊ celos nobis
aperuit: Non immerito igitur Pau
lus. O altitudo inquit diuitiaruꝫ ſa
pientie ⁊ ſcientie dei. Non amplius
mater: non enixus: non ſomni: neqꝫ
concubitus: non amplexus: nouum
iam nature noſtre intexitur opifici
um: a ſpiritu ſancto et aqua. Aqua
autem accepta eſt: partus genito fa
ctum. Quod enim eſt matrix embrio
ni: hoc et fideli aqua. Siquidem in
aqua fingitur et formatur. Nam p̄i-
mum dictum eſt. Producant aque
reptile anime viuentis. Ex quo au
teꝫ iordanis alueū ingreſſus eſt chri
ſtus: non amplius reptilia animarū
viuentiū. ſed animas rōnales ⁊ ſpiri
tales aqua ꝓducit. Et quod de ſole
dictū eſt. tanqꝫ ſponſus ꝓcedens de
thalamo ſuo. hoc lōge magis de fide
libus in p̄ntia dici pt. Multo nanqꝫ
q̄ ille clariores diffundunt radios.
At qđ in matrice formatur tp̄e indi
et audiuit: hanc ſignificant certitu
dinem. et teſtimonium eius nemo ac
cipit. Atqui et diſcipuli et multi alij
acceperunt. quomodo igitur inquit
nemo accipit? Hoc eſt: pauci: ⁊ hoc
nunc. Nam ſi neminem dixiſſet. qua
ratione addidiſſet: qui accepit eius
teſtimonium. ſignauit. quia deus ve
rax eſt? Hoc et in loco diſcipulos ſu
os tangit: acſi non multum ei credi
turi eſſent. ꝙ enim neqꝫ deinceps ei
crediderint ex ſequentibus conſtat.
Propterea cum eſſet in carcere ad
Jeſum eos miſit: vt ei magis conci
liarentur. illi autem vix tunc credi⸗
derunt. Quod chriſtus ſignificãs di
cebat. Beatus qui non fuerit ſcãda
lizatus in me. Et propterea nũc di
cebat Johannes. Et teſtimonium
eius nemo accipit. diſcipulos ſuos
erudiens. et tantum non dicens. ꝙ
pauci eſſent ei credituri. Et idcir⸗
co verbis eius non creditis. que eni
vidit loquitur: ſimul et iudaicam tã
git inſaniam atqꝫ dementiaꝫ. Quod
et euangeliſta in principio his ver⸗
bis coarguit. In propria venit ⁊ ſui
eum non receperunt. Hoc non ve⸗
nientis. ſed non recipientium pecca
tum eſt. Qui accipit eius teſtimoni
um: ſignificauit. quia deus verax eſt
Hic et eos perterret. cum oſtendat
qui chriſto non credit: eum non mo
do non ipſi. ſed ne patri quidem cre
dere. Quem enim miſit deus inquit
verba dei loquitur. Loquitur enim
que ab illo accepit. ⁊ credens illi cre
dit: et incredulus non credit.

Signauit autem: hoc eſt oſtendit Inde his verbis timoreʒ auget. Deus verax eſt. Neqꝫ enim aliter quiſpiam ea non crederet: niſi mittentē deum mendacij inſimularet. Et cuʒ nil aliud ꝙ de patre loquatur chriſtus. qui eum non audit: non audit mittentem patrem. Vides ne q̄ntam formidinem eis incutiat? Primum chriſtum infideles audire contemnebant: ideo periculi magnitudinem eis propoſuit: vt diſcerent: ꝙ qui chriſtum non audiunt neqꝫ deū audiunt. Hac deinde ratione imbecillitatis eorum magnitudineʒ exponit. Non inquit ad menſuram dat deus ſpiritum. Et vt dixi: rurſus ad humiliorem deſcendit ſermonem: enīqꝫ et varium et intellectu facilem auditoribus reddit. Neqꝫ enim aliter incutere ⁊ augere metum poterat. Nam ſi de eo magnum et eximium dixiſſʒ: non vtiqꝫ credidiſſent. ſed cō tempſiſſent potius. Idcirco ad patrem omnia refert. Rurſum tanquā de homine chriſto diſputans. Quid autem inquit: non ad menſuraʒ dat deus ſpiritum? Nos omnes inquit ad menſuram ſpiritus operationem accipimus. nam ſpiritum hoc in loco operationem dicit. Hec enim eſt que diuiditur: ille ſine menſura: et integram habet operationem. Qꝫ ſi operationem eius metiri nemo poteſt: longe minus ſubſtantiaʒ. vides ne ſpiritum infinitum? Sed quiſnaʒ omnem ſpiritus accepit operationem? Qui dei opera nouit: qui dicit. Quod audiuimus loquimur. et quod vidimus teſtamur. Quid igitur iure dubitandum eſt? Nihil eniʒ niſi que dei ſunt: dicit. nihil niſi que ſpiritus. Et primum quidem de verbo dei nihil loquitur. ſed a patre et ſpiritu doctrine ſue fideʒ comparat. Qꝫ enī deus eſſʒ norant: ꝙ ſpiritus

etiaʒ intelligebant: q̄uis non debitaʒ de eo haberent opinioneʒ. ignorabant aūt filiuʒ. Propterea ad patreʒ et ſpiritū ſemꝑ confugit: et inde verba ſua confirmat hac nanqꝫ abdita cauſa: ſi quis per ſeipm̄ hoc conſideraret: valde chriſti minueret dignitateʒ. Non enim propterea crediderunt: quoniam ſpiritus operationeʒ haberet: neqꝫ eius indiget auxilio. ſed ſibiipſi ſufficiens eſt. Verum imbecilliorūʒ ſuſpicione cognita his vtitur verbis. Hec autē dico ne ſimpliciter ſcripturas pretereamus. ſed dicentis conſideratioueʒ ⁊ auditoꝝ imbecillitateʒ: et alias in ſcripturis cauſas perſcrutemur. Non eniʒ omnia vt vellent preceptores. ſed multa ſm̄ auditorū imbecillitatē loquūtur. Quāobreʒ Paulus. Non potui inquit vobis loqui quaſi ſpiritalibꝰ ſed quaſi carnalibus: tanq̄ꝫ paruulis in chriſto lac vobis potū dedi. non eſcaʒ. Volebaʒ inquit tanq̄ꝫ ſpiritualibus loqui ſed non potui. non ꝙ ipē loqui non poſſʒ. ſed ꝙ auditores intelligere non poterant. Ita ⁊ Iohānes maiora diſcipulos docere voluiſſet. ſed illi non patiebautur. hac grā in humilioribꝰ verſatur. Diligenter igitur inueſtigāda ſūt omnia. A ſcripturis eniʒ ſpiritalia arma accipimꝰ Veruʒ ſi ea nos īduere ⁊ diſcipulos armare ignorabimꝰ. ipā quidem ꝓprias habent vires. accipientibus autem nihil afferūt vtilitatis. Eſto thorax et galea firmiſſima: ⁊ clypeꝰ ⁊ haſta inde quis thoraca pedibus: galeā ꝓ capite oculis aptet. clypeo non pectus ſed pedes protegat. Nūquid huic homini ea arma quid conferent: ⁊ non potius ledent? Plane hoc conſtat. non tamen armoruʒ culpa. ſed ijs vti recte neſcientis. Ita et in ſcripturis vſu venit. Si carū ordineʒ confundemus. ipē qdē

vim ſuam retinent.nobis aũt nihil
conferunt.hec ego ⁊ priuatim ⁊ pu
blice vos frequẽter erudiens . nihil
amplius proficio ſed ſecularibus rebus
omne vos tempus affixos ⁊ implici
tos video. Spiritalia vero ne in ſõ
nijs quidem coniectamini. Propte
rea negligimur:et pro veritate certan
tes non multum valemus . ſed ridi
culi gentilibus:iudeis:et hereticis:
efficimur. Qui ſi vt in his alijs quoqꝫ
rebus negligentia vteremini:nec ſic
quidem vobis eſſet ignoſcendũ. Sz
in ſecularibus negotijs vnuſquiſqꝫ
enſe acutior eſt:et ſumma diligentia
artes exercet:et rempublicam gerit
in neceſſarijs autem ⁊ ſpiritalibus
quantauis deſidia torpemus: ſuper
uacuis tanqꝫ neceſſarijs vtentes :
et neceſſaria arbitrantes vtentes .
An neſcitis nõ ſuperioris tm̃ etatis
hominum gratia ſcripturas editas.
ſed noſtri? Nonne audis Paulũ di
centem. Hec ad noſtram doctrinaz
ſcripta ad quos fines ſeculorum de
uenerunt:vt per patientiam ⁊ cõſo
lationem ſcripturarum ſpem habea
mus. Et licz me fruſtra loqui nõ ig
norem non tamen ceſſabo. Ita enim
apud deũ excuſabor quis nemo me
audiat. Qui attente audientibus lo
quitur is laboribus premium habz:
auditorum pſuaſionem. Cuius autẽ
verba non audiuntur : neqꝫ tamen
ceſſat plurima faciendus eſt: cũ deo
placere annitatur:et nemine atten
dente ſuũ impleat officium. Verum
licz maius nobis ex contemptu no
ſtro premium proueniat.id tamẽ mi
nus deſideramus:modo ad veſtram
aliquid ſalutem proficiamus : maxi
mam mercedem probitatem veſtrã
ducentes. Hec dicimus non vt mo
leſtam et grauez veſtraz faciamus ora
tionẽ.ſed vt affectum in vos noſtrũ
oſtendamus:⁊ quo ob deſidiã veſtraz
dolore afficiamur vos non lateat.
Qua deſidia vtinã omnes liberi ma
gna ſpiritaliũ cura ſuſcepta celeſtia
bona conſequamur.gratia ⁊ benigni
tate domini noſtri Jeſu chriſti:cum
quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſan
cto nũc ⁊ ſp ⁊ in ſecula ſeculorum. Amẽ.

## Homelia xxx.
ex capitulo tertio .

Pater diligit filiũ ⁊ omnia de
dit in manu eius. Qui credit
in filiũ habz vitam eternam.
Qui autem incredulus eſt filio:non
uidebit vitã.ſed ira dei manet ſuper
eum Magna aſſiduitatis ⁊ humili
tatis vtilitas:in omnibus rebus oſten
ditur. Per eam eniz artes meliores
reddimus:cũ repente omnia a magi
ſtris diſcere nequeamus per eã pau
latiz ciuitates condimus: per eã vitã
noſtrã ſuſtentamus. Neqꝫ admireris
ſi tantũ in ſecularibus virium habeat
quãquidez ⁊ in ſpiritalibus plurimuz
poſſit. Sic enĩ ab idolatria liberari
iudei potuerũt paulatim : et in par
uis ⁊ humilibus rebus a principio:neqꝫ
doctrine :neqꝫ vite gratia : eruditi .
Sic poſt chriſti aduentum:cum ſub
limioris iam doctrine tempus eſſet:
omnes acceſſerunt apoſtoli nihil pri
mum altum vel arcanum locuti. A
paruis chriſtus multitudini exorſus
eſt.ita et in preſentia Johannes:tã
qꝫ de homine quodam mirabili loq
tur.alta autem et ſublimia per vm
bram interſerit. Primum dixit . Nõ
poteſt homo a ſemetipſo accipere
quicquam. Inde altius quiddam at
tingens. Qui de ſurſum inquit ve
nit ſupra omnes ẽ. Rurſus ad humilia
deſcendens:poſt alia multa . Nõ ad
menſuraz inquit dat deus ſpirituz. In
de proſequitur. Pater diligit filium
et omnia dedit in manu eius. Inde
cum ſupplicij vim intelligeret : neqꝫ

ita multitudinis animos bonorum
promiſſione: vt ſuppliciorum formi
dine moueri. his verbis ſermoni ſuo
finem imponit. Qui credit in filium
habet vitam eternam. qui autẽ in
credulus eſt filio: non videbit vitã
ſed ira dei manet ſuper eũ. Rurſus
ad patrem ſupplicij rationem refert.
non enim dixit ira filij: quamuis ipſe
ſit iudex. ſed dei: vt maiorem illis me
tum incuteret. Nunquid ergo ſatis
eſt ad vitam eternam in filium cre
dere? Minime. Non enim omnis in
quit qui dicit mihi domine domine:
intrabit in regnum celorum. et pec
catum in ſpiritum vel ſolũ eſt ſatis
quod in gehennã detrudat. et quid
de parte loquor? Nam ſi in patrem
et filium et ſpiritum ſanctum recte
credideris. non autem recte vixeris:
nulla tibi ad ſalutem vtilitas. Cum
ergo dicit ipſa eſt vita eterna: vt co
gnoſcant te ſolum verum deum. no
limus hoc nobis ad ſalutem ſatis ar
bitrari. Opus nancꝫ nobis eſt: et vi
te et morum puritate pollere. et licꝫ
hoc in loco dicat. Qui credit in fili
um habet vitam eternam: nec bona
tantum. ſed ſuppliciorum quocꝫ for
midinem proponat. ꝙ qui incredu
lus eſt filio non videbit vitam. ſed
ira dei manet ſuper eum. non tamen
dicimus ſatis eſſe ſolam fidem ad ſa
lutem. quod q̄ ꝺ vita ſepe in euange
lijs dicuntur: oſtendunt. Cur enim
non dixit. ipſa eſt vita eterna ſola:
neqꝫ qui credit in filium ſolum: habꝫ
vitam eternam. ſed in vtroqꝫ vitam
eſſe ſignificauit? Nam niſi mores ſe
quantur: ſequetur ſuppliciũ. Et nõ
dixit in eo. ſed ſuper eum. hoc eſt. nũ
q̄ꝫ ab eo diſcedet. Siquidem ne tem
poralem fore mortem putares. cum
dicit. Non videbit vitam: id verbũ
poſuit vt eius demonſtraret perpe
tuitatẽ. Quod fecit vt per hec ver

ba eos ad chriſtum traheret. Quam
obrem non priuata ſed communi ad
eos admonitione vſus eſt: vt facilꝰ
alliceret. Non enĩ inquit ſi crederis
et non crederis. ſed in cõmuni loqui
tur ne qua poſſet exoriri ſuſpicio. et
vehementius q̄ꝫ chriſtus. Siquidẽ
chriſtus. Qui non credit iam iudica
tus eſt. Hic autẽ non videbit vitã
ſed ira dei manet ſuper eum. Et me
rito ſane. Neqꝫ enim idem eſt aliquẽ
de ſeipſo loqui ⁊ de altero. Chriſtum
ambitionis cauſa ita locutum et ia
ctatũ exiſtimaſſent. Johannes hac
carebat ſuſpicione. Et ſi poſtmodũ
chriſtus vehemẽtiori ſermone vſus
eſt: ea poteſt ratio afferri: ꝙ iam ma
gnam de ipſo iudei opinionem cõce
perant. Vt ergo cognouit Jeſus in
quit: quia audierunt phariſei quia
Jeſus plures diſcipulos facit et ba
ptizat q̄ꝫ Johãnes (quãq̄ꝫ Jeſus nõ
baptizaret ſed diſcipuli eius) reliq̄t
iudeam: et abijt iterũ in galileam.
Ipſe quidẽ non baptiſauit. ſed nũcij
cũ vellent auditores in eius odiũ
excitare: ita ferebãt. Sed q̄nam gr̃a
diſceſſit? Nõ formidinis. ſed vt eorũ
leniret inuidiã. Poterat nancꝫ et in
ſultantes cohibere. ſed noluit hoc
frequenter facere: ne ꝺ eius incarna
tione diffiderent. Et ſi ſepiꝰ impul
ſus fugiſſꝫ id etiã ſuſpicioſũ multi
tudini fuiſſꝫ. Propterea multa: mo
re hominis: operatꝰ eſt. Quẽadmo
dũ enĩ credi voluit deũ eẽ: ita ⁊ car
nẽ ſuſcepiſſe. hãc ob rẽ Petrũ corri
pit dicentẽ. Abſit a te dñe. Nõ erit
tibi hoc. Tãte hoc ſibi cure fuit. Nã
in eccl̃iaſtica doctrina nõ parua hec
portio ẽ: ⁊ ſalutis nr̃e ꝑncipiũ, cuius
gr̃a oĩa ⁊ facta ⁊ ꝑfcã ſũt. Sic mors
ſublata ẽ ⁊ pccm̃ ⁊ maledictũ aboli
tũ ⁊ pluria vite nr̃e collata ſſt bona
Jõ marie ſuã voluit ĩcarnationem
credi: q̄ nobis ꝑncipiũ ⁊ fons ẽ ĩnũc

rabiliū bonoꝝ. Hinc non humanita
tem. ſed diuinitatem potius: latere
permiſit. Recedens ergo: ad eos rur
ſum ſe cōtulit: vnde prius venerat.
Neq; ab re in galileam conceſſit.
ſed vt magna apud ſamaritanos o
perarētur: ea q̄ deum deceret ſapiē
tia: et vt nullā iudeis (ne impudē
tem quidem) excuſatōem relinque
ret. Quod euangeliſta his verbis ſi
gnificauit. Oportebat autem eum
tranſire per ſamariā: vt oſtende-
ret preter itineris ratōnem hoc fe
ciſſe. Cuius exemplum et apoſtoli
ſecuti ſunt. Quemadmodum enī illi
iudeoꝝ perſecutōnibus tunc tem
poris agitati ad gentes profecti ſūt
ita et chriſtus: cum ab illis fugaretᷣ
ad has venit: vt et in muliere fecit
cananea. Hec autem facta ſunt vt
omnem iudeis auferret excuſatōē
ne dicerent ſe relictis: chriſtum ad i
circunciſos profectum. Idcirco ex
cuſantes ſe diſcipuli dicebant. Vo-
bis oportebat primum loqui verbū
dei. ſed quoniam repellitis illud ⁊ i
dignos vos iudicatis eterne vite:
ecce conuertimus ad gentes. Et ip
ſe iterꝝ. Non veni niſi ad oues que
perierāt domus iſrael: ⁊ iterū. Nō
eſt bonum accipere panem filioꝝ
⁊ dare canibus. Cum autē eū iudei
expulerunt portam gentibus ape-
ruerunt: neq; etiam ſic in ſamariam
principaliter profectus eſt chriſtus
ſꝫ p eā iter fecit. Preteriēs ergo ve
nit in ciuitatē ſamarie que dicitur
ſichar: iuxta prediū quod dedit Ja
cob Joſeph filio ſuo. Erat autem il
lic fons Jacob. Quanam gratia tā
ta hunc locum diligētia narrat eu-
angeliſta? Ne poſtmodum audien
do mulierem dicentē Jacob pater
noſter dedit nobis hunc puteū: mi
reris. Etenī is locus erat vbi ꝑ di
na: Leui ⁊ Simeon indignati gra-
uē illā cedem patrati ſunt. Et quo
niam ad hoc ventū eſt non ab re fu
erit ſubtexere: vnde ſamaritani ori-
ginem habuerint. Locus is omnis
ſamaria appellatur. Unde igitur ap
pellati ſunt? Samor mons a condi
tore dictus eſt: vt teſtatur Eſaias
⁊ caput ſamoroꝝ ephraim. Habi
tatores autem non ſamaritani. ſed
iſraelite appellabantur. procedente
tempore deū offenderunt: ⁊ regnā
te Phacee. ſurgens Thelgamaſa
⁊ multas ciuitates occupauit ⁊ E
le ſubdidit. quo interempto Oſee
regnum tradidit. In hunc inſur-
gens Salmanaſar: alias cepit ci
uitates: ⁊ tributarias fecit. Huic O
ſee primum paruit: inde defectione
facta: ethyopibus confederatus eſt.
Quod cum aſſirius rex intelligerē:
gentem illam obſeſſam cepit: neq;
amplius illic habitare permiſit: ve
ritus ne iterum deficerent. Sed ba
bylonē ⁊ in medos trāſlatis colle
cticiā hincinde multitudinem in ſa
mariam habitatum miſit: vt impo-
ſterum firmum ſibi imperiū famili
aribus incolis confirmaret. His ꝑ
actis volens deus poteſtatem ſuā
oſtendere. q; non imbecillita-
tis: ſed peccatorum gratia: iudeos
aſſirijs tradiderit: leones in barba
ros emiſit: qui vniuerſam gentem
perderent. His regi nūciatis miſit
ſacerdotē quendā: qui populo ex
poneret leges dei. non tamen omni
no: ſed ex parte impietatē exuerūt.
Procedente adhuc tempore idolo
rū cultu abiecto: dei cultū comple
xi ſunt. Cum ita ſe res haberent: re
uerſi iudei ijs vtpote alienigenis ⁊
hoſtibus emulabantur. ⁊ a monte
ſamaritanos nuncuparunt. nec par
ua hinc inter eos contentio: neq; e
nī oēs ſcripturas recipiebant. ſed
Moiſi duntaxat: prophetas parui

pendebant. Nitebantur tamen in
iudaicam ſe inſerere nobilitatē ad
Abraam ⁊ progenitorꝫ: ⁊ genus
suum referentes: vtpote qui calde-
us fuiſſet: ⁊ Jacob patrem appella-
bant: vtpote Abrae nepotem. Ju-
dei autem cum ceteris ⁊ hos abo-
minabantur. Unde chriſto expro-
brabāt dicentes. Samaritanus es
tu: ⁊ demoniū habes. ⁊ cū deſcen-
diſſet ab hieruſalem in iericho: hac
gratiā chriſtus ſamaritanum vilē
contemptūq; : ⁊ abominabilem a-
pud eos in ſe miſericordiam operan-
tem: ⁊ in decem leproſis vnum alie-
nigenam. propter hoc ſamaritanū
dicit: ⁊ ipſis diſcipulis ita manda-
uit. In viam gentium ne abieritis:
⁊ in ciuitates ſamaritanorū ne in-
traueritis: neq; hiſtorie duntaxat
gratia predij Jacob meminit euan-
geliſta: ſed vt iudeos iam diu repul-
ſos oſtenderet. Siquidem progeni-
torū temporibus pro ipſis ea loca
ſamaritani occuparant. Que enim
eorum maiores cum ſua non eſſent
ceperant: ea hi ob deſidiam ſuam et
iniquitatem iam pridem poſſeſſa a-
miſerunt: Jta ⁊ nihil maiorū vir-
tus confert: ſi nepotes degenerant
Barbari enī cum primū leones
experti ſunt: ad iudaicum eueſtigio
cultū redierunt. hi tot affecti ſup-
plicijs mores ſuos minime emenda-
rūt. Huc itaq; chriſtus venit: mol-
lem ⁊ laſciuam vitā expellens. la-
borioſam autem ⁊ difficilem nos e-
rudiens. Non enī iumentis vſus ē
ſed adeo intente vadit: vt ex itine-
re fatigetur. Hoc ſemper admonet:
vt ſibiipſi quiſq; ſeruiat: neq; que-
rat ſuperflua neq; multis indigeat.
Adeo enim omni nos ſuperfluitate
alienos voluit: vt multis neceſſari-
orum ſe fraudaret. Jdcirco dicebat
Vulpes foueas habēt; ⁊ volucres

celi nidos. filius autem hominis nō
habet vbi caput reclinet. Propte-
rea plurimū in montibus verſatus
eſt ⁊ in deſertis: non perdius tantū
ſed pernox. Hoc Dauid adnuncias
inquit. De torrente in via bibit: vt
eius tolerantiam demonſtraret. J-
dem hoc in loco ſignificat euangeli-
ſta. Fatigatus enim ex itinere ſede-
bat ſic ſuper fontem. Hora autem
erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſa-
maria haurire aquam. Dicit ei Je-
ſus. Da mihi bibere. Diſcipuli enim
eius abierant ī ciuitatem: vt cibos
emerent. Hinc itineris ſtudium: et
cibi contemptū intelligimus. cum
tanquā re ſuperuacanea vtatur. J-
ta diſcipuli res ſuas diſpenſare didi-
cerant. Non enī parabant viaticū
quod ⁊ alius oſtendit euangeliſta
cum de fermento phariſeorum lo-
quentem dicit. q͂ putabant panes
non ferre. Et eſurientes inducit ſpi-
cas decerptas manducare. Et ad
ficum ob famem veniſſe. Hec nil a-
liud q̄ꝫ ventris contemptum ⁊ eius
ſeruitiū paruipendere nos admo-
nent. Conſidera queſo hoc in loco
nihil ferentes diſcipulos: neq; a pͥn-
cipio diei vllam victus curam ha-
bentes. ſed quo tēpore omnes pran-
dēt: cibos emptum proficiſcuntur.
Non vt nos qui cum primū mane
exurgimus ante omnia coquos ad-
uocamus: ⁊ de parandis epulis et
menſa diligenter verba facimus. ī
de alijs opera damus: ſecularia di-
uinis preponentes: ⁊ que ſuperflua
habenda eſſent tanq̄ꝫ neceſſaria exe-
quimur. Jdeo omnia prepoſtere a-
guntur. Contra autem ſpiritalium
primum rationem: ⁊ quidem maxi-
mum habere: quibus perfectis: hec
alia deinceps attingere oporteret.
Neq; laboris ſtudioſus tantū. ſed
humilitatis nō fatigatus duntaxat

ex itinere ſediſſe. ſed relictus ſolus di
miſſis diſcipulis: hic Jeſus oſtendi
tur. Atqui poterat vel non om̄es
dimittere: vel alios ſibi miniſtros
comparare. Noluit. Etenim diſci-
pulos quoqꝫ his moribus aſſueſece
rat. Et quid miruz dixerit fortaſſe
quiſpiam: ſi humiles erant: piſcato-
res ⁊ tentorioꝝ opifices? Erant
ſane. Verū repente ad ipſum celuz
euolarunt: ⁊ cunctis regibus clario
res euaſerunt: digni habiti qui vni
uerſi orbis domini familiaritate fru
erentur: ⁊ eum vbiqꝫ admirabilem
ſectarentur. Illud preterea non ig
noratis: ꝙ q̄to quis humiliori gra
du ad dignitates aſſumitur: facilꝰ
in ſuperbie inſaniam effertur: vtpo
te qui expers ſit repentini ⁊ inſpe
rati honoris. In hac eos humilita
te chriſtus continuit: ⁊ vt ab omni
bus ſe abſtinerent: neqꝫ miniſtris ī
digerent. Ipſe autem fatigatus ex i
tinere ſedebat ſic ſuper fontem. Vi
des laboris: caloris: ⁊ diſcipulos ex
pectandi: gratia ſediſſe Jeſum? No
rat enim quid apud ſamaritanos
eſſet euenturum. Non tamen pro-
pter hoc principaliter venit. Neqꝫ
ſi propterea non veniſſz erat adue
niens muliercula repellenda: que
ſummam erat attentionem preſta-
tura Judei enim ad ſe venientez ex
pulerunt. gentiles alio proficiſcen-
tez ad ſe trahunt. Illi inuidebant.
hi credunt. illi indignabātur. hi ad
mirantur adorāt. Quid igitur erat
tot hominum ſalus contennenda:
tam prōptis animis relinquendꝰ?
Indignum ſane diuina fuiſſet beni
gnitate. Quare cum debita ſapien-
tia cuncta ab eo diſponantur: ſeden
do corpus reficiebat iuxta fontem.
Erat dies medius: quod euageliſta
his verbis ſignificauit. Hora erat
quaſi ſexta ⁊ ſedebat ſic. Quid autē

per hoc verbū. ſic intelligitur? Nō
in ſella non in loco honoratiorī. ſed
in terra. vt contigit. Venit muli
er ex ſamaria haurire aquam. Ecce
mulierē propter aliud egreſſaz ciui
tatem: vt impudentibus iudeorum
obiectionibus ſilentiuz imponatur
⁊ ne quis dicat eum ſuum ipſius pre
ceptū tranſgredi. cum mandet ne ī
ſamaritanorum ciuitatem ingrediā
tur ipſe eos alloquatur. Qꝛ autem
dicit nondum veniſſe diſcipulos. ea
id grā meminit euāgeliſta vt multas
ſermonis Jeſu ad mulierez occaſio
nes afferret. Quid ergo mulier? cuz
a Jeſu aquā peteretur dicente. Da
mihi bibere. Quomodo tu inquit
iudeus cum ſis: bibere a me poſcis
que ſum mulier ſamaritana? Non
enim coutuntur iudei ſamaritanis.
Unde cuz iudeū eſſe cognouit? Ex
habitu fortaſſe ⁊ ſermone. Tu au-
tem mulieris ingenium conſidera.
Nam ſi cauendum erat. Jeſum ꝗ̄
illam cauere potius decebat. Non
enim dixit: non coutuntur ſamari
tani iudeis. ſed iudei ſamaritanis.
Abſtinet tamen mulier a conſuetu
dine ne peccet. cuz alterū ſua cauſa
peccaturū arbitraretur. Neqꝫ tacu
it. ſed ſententia ſua quod eſſet pret
legem corrigit. Sed illud poſſz quiſ
piam dubitare: quanam gratia ab
ea bibere petierit: cum lex non per
mitteret. Siquis diceret Jeſum p̄
uidiſſe non daturam: ideo minꝰ pe
tere oportuit. Quid igitur dicēdū?
Qꝛ nihil iam referebat eiuſmodi ob
ſeruationes preuaricari. Qui enim
alios ad preuaricationem inducit:
ipſe longe magis preuaricatur. Nō
enī quod ingreditur inquit per os
coinquinat animam. ſed quod pro
cedit de ore. Non parz autem iude
os accuſat hic Jeſu ad mulierez ha
bitus ſermo. Illi enim ſepenumero

⁊ verbis ⁊ re allecti minime paſſi
ſunt perſuaderi. hec autem breui ⁊
nuda rogatione quamprimuꝫ capi
tur. ipſe Jeſus ratione hac: ⁊ via n̄
inſtabat. Siqui accedebant non ꝑ
hibebat: quãuis diſcipulis dixerat.
In ciuitatem ſamaritanorum ne ĩ
traueritis: ne accedẽtes offẽdatis.
Id enim ꝙ indigniſſimũ erat eius
humanitate. quare reſpondꝫ mulie
ri. Si ſcires donum dei: ⁊ quis eſt
qui dicit tibi da mihi bibere: tu for
ſitan petiſſes ab eo, ⁊ dediſſet tibi
aquam viuam. primuꝫ dignam que
audiat: eam indicat: neqꝫ contem-
nendam. deinde quis ipſe ſit celat.
Naꝫ ſi hoc ſciſſet: eueſtigio paruiſſꝫ
quod de iudeis haud dicendum eſt
qui cum admonerentur nihil tamẽ
petebant: nihil diſcere cupiebãt qđ
aliquid afferret vtilitatis: ſed con-
tumelia affectum expellebant. Mu
lier autem ſamaritana ꝙ manſuete
reſpondeat: queſo aĩmaduerte. Do
mine neqꝫ in quo haurias habes: ⁊
puteus altus ẽ. Unde ergo habes
aquam viuam? Jam omnem ab ea
ꝙ vilis eſſet ⁊ vnus ex vulgi homi
nibus: ſuſpicionem amouit. Neqꝫ
enim ſimpliciter hoc in loco domi-
num ſed honorifice appellat. Quod
ex ſequentibus apparet Non enim
irriſit: non exprobrauit. ſed primuꝫ
heſitauit. De ſi nõ continuo intelle
xit: minime mirum. Neqꝫ enim Ni
codemus intellexerat. Inquit eniꝫ.
Quomodo poſſunt hec fieri? Et ite
rum. Quomodo poteſt homo naſci
cum ſit ſenex? Et iteruꝫ. Nunquid
poteſt in vtero matris iterato in-
troire ⁊ renaſci? Hec autem mulier
longe verecundius. Domine ĩquit:
neqꝫ in quo haurias habes: ⁊ pute
us altus eſt. Uñ ergo habes aquaꝫ
viuam? Aliud chriſtus dicebat. ali-
ud illa intelligebat. tantum verba

accipiens: neqꝫ altũ aliquid pertin
gere poterat. Atqui petulantius
reſponderi licuiſſet. Si haberes a
quã viuam: non me peteres ipſe eã
acciperes. ſed te iactas. Uerum ni-
hil tale locuta: mãſuete a principio
per omnem ſermonem reſpondit.
Primum inquit. Quomodo tu iu-
deus cum ſis: bibere a me poſcis?
Neqꝫ tanqꝫ ad alienum ⁊ inimicũ
ita locuta eſt. Abſit vt tecuꝫ homi
ne alieni a gente noſtra animi: ⁊ in-
feſti: quicquaꝫ communicem. Dein
de cum magna loquentem audiret.
⁊ ea que inimici maxime carpſiſſẽt
non deriſit: non cauillata eſt. Sed
nunquid ait tu maior es patre no-
ſtro Jacob qui dedit nobis puteũ
hunc ⁊ ipſe ex eo bibit ⁊ filij eius ⁊
pecora eius? Animaduerte quo pa-
cto in iudaicam ſe inſerit nobilitatẽ
Hoc eſt. Ille hac vſus eſt aqua:
nec habuit quod nobis maius darꝫ
Oſtendit autem magnum quiddã
⁊ altuꝫ ex primo reſponſo intellexiſ
ſe. Ea nanqꝫ particula. Ipſe ex eo
bibit ⁊ filij ⁊ pecora: nihil aliud ſigĩ
ficat ꝙ potioreꝫ quandam aquam
concepiſſe. eam tamen neqꝫ inueni-
re neqꝫ manifeſte cognoſcere. Ut
auteꝫ apertius dicã. Non potes in
quit dicere. Jacob hunc nobis fon
teꝫ dediſſe: alio autem vſum. nam ⁊
ipſe ⁊ filij: ⁊ nepotes eius ex hoc bi
berunt. neqꝫ bibiſſent: ſi habuiſſent
potiorem. Tu ergo hoc potiorẽ ali
uꝫ neqꝫ dare poteris: neqꝫ habes: ni
ſi te: ꝙ Jacob: maiorẽ profitearis.
Unde igitur quã te daturũ pollice
ris aquam: habes? At iudei non tã
ta vſi eſſent modeſtia qui eadẽ de
re ſermone habito: ⁊ eiuſdem aque
mentõne facta nihil vtilitatis cõ-
ſecuti ſunt. Cuꝫ vero Jeſus Abrae
meminiſſet lapidibus eum perſecu-
ti ſunt. Mulier autẽ incredibili mã

ſuetudine in medio diei eſtu patie⸗
ter: ⁊ dicit: ⁊ audit. Nec ei quicq̃ i
mentem venit: quod iudeus dixiſſꝫ
Credibile eſt ipſuꝫ inſanire ⁊ delira
re. Nec ad fontem expectauit: ⁊ ver
bis iactabundus nihil preſtitit. ſed
expectat ⁊ ſedet: dum quod querit
inueniatꝰ. Que ſi mulier ſamaritana
tantam adhibet diligentiam: vt ali
quid vtilitatis conſequatur: neq̃
a chriſto diſcedit: q̃uis cum adhuc
ignoret. quam nos veniam conſe⸗
quemur: qui cum non ad fonteꝫ: nō
in deſerto: non in meridie: neq̃ in ſo
lis eſtu ardentiſſimo. ſed ſub aurora
ſub hoc tecto ad vmbraꝫ intuemur
non tamen quicq̃ audire patimur.
ſed deſidemus? Illa ita Jeſu verbis
attendit: vt alios aduocet. iudei nō
modo neminem aduocant. ſed acce
dentes prohibent: impediuntq̃ di⸗
centes. Videte num ex principibꝰ
aliquis credit in eum aut ex phari
ſeis ſed turba hec que non nouit le
gem? Maledicti ſunt. Imitemur igi
tur ſamaritanam. alloquamur chri
ſtum. Etenim medius noſtrum in
preſentia adeſt. Et per prophetas
⁊ diſcipulos ſuos nobiſcum loqui⸗
tur. Audiamus: ⁊ credamus. Quā
diu fruſtra ⁊ inutiliter viuemus? Fa
cere enim que deo non placent: id
demum eſt fruſtra ⁊ inutiliter viue
re: vel potius perdite. Cum enī da
tum nobis tempus in nullam impē
dimus vtilitatem: inutilis impenſe
vltimuꝫ daturi ſupplicium hinc mi
grabimus. Nunquid qui pecunias
ad negociatōeꝫ acceperit eaſq̃ pro
degerit ab eo creditor rationeꝫ exi
get. qui autem vite munus perdi⸗
te cōſumpſerit impune abierit? Nō
propterea deus preſenteꝫ nobis vi
taꝫ preſtitit: non animā in hoc cor
pus infudit: vt hac tantū fruamur
vita. ſed vt totis viribus ad futurā
contendamus. Bruta preſenti dū⸗
taxat vſui ſunt. Nos idcirco īmor
talem habemus animaꝫ: vt ad illiꝰ
vite preparationem omnia molia⸗
mur. Equorum enim boum: aſino
rum: ⁊ aliorum huiuſmodi pecoruꝫ
ſi quis vtilitatem roget: nullā pre⸗
ter in preſentis vite neceſſitatibus
ſeruitium vſumq̃ inueniemus. De
nobis non ita ſentiendum eſt. ſꝫ me
lius ⁊ preclarius domicilium poſt
huius vite migrationeꝫ expectamꝰ
ad quod vt clari perueniamus om
nia facienda ſunt: vt cum angelis
iubilemus ⁊ ſemper regi aſſiſtamus
Propterea immortalem nobis ani
mam: ⁊ corpus immortale futuruꝫ
largitus eſt: vt perpetuis cum ipſo
bonis perfruamur. Que ſi terre īnite
ris. cum tibi celeſtia preponātur. cō
ſidera quanta ignominia afficias e
orum exhibitorem. cuꝫ contemptis
que tibi offert celeſtibus: ea terre
nis mutare nō dubites. Ideo gehē
nam minatur vtpote contemptus
vt intelligas quantis te bonis pri
ues. ſed abſit vt illud experiamur
ſuppliciuꝫ. ſed deo placentes eterna
bona cōſequamur. gratia ⁊ benigni
tate domini noſtri Jeſu chriſti cuꝫ
quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſā
cto in ſecula ſeculoꝝ amen.

# Homelia xxxi.

ex capitulo quarto.

Reſpondit Jeſus ⁊ dixit ei.
Omis qui bibit ex hac aqua
ſitiet iterum. q̄ aūt biberit ex
aq̄ quā ego dabo ei n̄ ſitiet ī etnū ſꝫ
aq̄ quā ego dabo ei: fiet ī eo fōs aq̄
ſalientis in vita eterna. Spiritꝰ
ſancti gratiam nunc ignem nunc a
quam ſcriptura appellat: vt non ſb
ſtantie ſed operationis has intelli
gentias eſſe demonſtret. Non enim
ſpiritus ex differentibus conſtat ſꝫ

ſtantijs.cum inuiſibilis ⁊ vnius ge
neris ſit. Et Johnanes quidem di
cit. Ipſe nos baptizabit in ſpiritu
ſancto ⁊ igni. Chriſtus autem. Flu
mina de ventre eius fluent aque vi
ue.hoc autez dixit de ſpiritu ſancto
quem erant accepturi. Itidē ⁊ nūc
ſpiritum appellat. Qui biberit ex a
qua quam ego dabo ei:non ſitiet in
eternum. Ita ſpiritum ignem appel
lat: vt excitamentum ⁊ feruorem
gratie:⁊ peccatorum abſumptionē
ſignificet.aquam autem:vt abluti-
onem ⁊ refrigeriuz quibus ipſū ac
cipientes animi fruuntur. Etenim
tanq̃ hortum virentem : ⁊ fructife
ris ⁊ ſemper florentibus arboribus
comantem.ita promptam animam
diſponit:vt nulla anxietate: nullis
ſathane inſidijs: diſtrahi ſinat . ſed
omnia ardentia malicie tela extin-
guat. Tu autem queſo dei ſapien-
tiam conſidera: q̃ leuiter mulierculam
allicit. Non a principio dixit.
Si ſcires quis eſſet qui tibi dicit:
Da mihi bibere.ſed poſtq̃ occaſio-
nem illi prebuit: vt ipſum iudeum
appellaret ⁊ criminaretur.hoc pro-
pulſans inquit. Si ſcires quis eſt q̇
dicit tibi da mihi bibere:tu forſitā
petiſſes ab eo. Quibus verbis iam
ad maiora īpulit: vt patriarche me
minerit. Inde cum illa diceret. Nū
quid tu maior es patre noſtro Ja-
cob.non ſe maiorem dixit . Viſus ei
eſſet ſe tantum iactare:nondum co
gnitus.ſ; latenter id ſignificat. Nō
enim ſimpliciter dixit. Dabo tibi a-
quam.ſed prius Jacob aqua negle
cta:ſuam laudat.a munerum natu-
ra:dantium volens differentiam o
ſtendere.⁊ q̄tum ipſe patriarchaz
excelleret. Nam ſi admiraris inq̇t
patriarcham:ꝙ hanc aquā dederit
inde ego longe meliorem tibi dede-
ro:ea accepta me q̃ Jacob maiorē

confitearis :neceſſe eſt. Si enim di-
cas. Nūquid maior eſt Jacob quo
niam hanc aquam dederit?ſi illa me
liorem a me acceperis:profecto me
maiorem dixeris. Intuere verum
mulieris iudicium.a re ipſa ⁊ de
chriſto ⁊ de patriarcha:ferentis ſē
tentiam. Verum non ita iudei.ſ; cū
eijcientem eum viderent demonia:
non modo patriarche non pretule
runt.ſed demonium habere dixerūt
Samaritana autem ſecundū chri-
ſti voluntatez iudicat ab operibus
ſcilicet. Hinc enim ipſe iudicium re-
quirit dicens. Si non facio opera
patris mei nolite mihi credere. Si
autem facio ⁊ ſi mihi non creditis:
operibus credite.ſic mulier fide ad
ducitur. Propterea cū audiſſet Je
ſus. Nunquid maior es patre no-
ſtro Jacob :eo omiſſo : de aqua ſic
loquitur. Omnis qui bibit ex hac a
qua:ſitiet iterum.⁊ comparationē
non accuſandi ſed excellentiam de-
monſtrandi gratia:facit. Non eniz
aquam illam vilem ⁊ negligendam
dicit:ſed naturaz oſtendit. Qui aūt
biberit ex aqua quā ego dabo ei:nō
ſitiet in eternum. Audiuit aquam
viuaz mulier.ſed primuz non intel-
lexit. Nam cum aqua viua etiaz ſit
que ſemper ſcaturit : huiuſmodi a-
quam chriſtum dixiſſe arbitrata eſt
Ideo apertius ex vtriuſq̃ compa-
ratione: Jeſus:ſue aque preſtantiā
declarat. Qui biberit ex aqua quaz
ego dabo ei non ſitiet in eternum.
Hinc maxime ex ſequentibus excel
lentia dignoſcitur. Horuz enī nihil
habet aqua quā ſenſu deprehendi-
mus. Quid autē proſequitur? Sed
aqua quam ego dabo ei : fiet in eo
fons aque ſalientis in vitā eternā
Sicut enim ſi quis fontem intus
habeat:nunq̃ ſitiret ita qui hanc a
quam habuerit. Credidit continuo

mulier longe Nicodemo ſapientioꝛ
ſed ⁊ foꝛtioꝛ. Ille huiuſmodi pluri-
bus auditis neminē aduocauit ne
ꝗ ſibi cōfidit. hec apoſtolico officio
fūcta eſt: oībus audita adnūciās: ⁊
populum extra ciuitatem ad xp̄m
aduocans ac trahens vniuerſū. Il-
le quomō pōt hec fieri inquit: neqꝫ
maīfeſtū ſpiritus exemplū a xp̄o ad
ductū accipit. mulier vero primū pa
rūper heſitauit: mox non expectata
confirmatione ad eius ſermonē tā
ꝗ certum accipiendū ꝓperat. Dicē
te eni chriſto. Fiet in eo fons aque
ſalientis in vitam eternam. Statī
ſubdidit. Da mihi hanc aquā vt nō
ſitiā: neqꝫ veniā huc haurire. Conſi
dera queſo ꝗ paulatim ad vere do
ctrine altitudinē adducit. Primū iu
deū quendā legis tranſgreſſorem ſu
ſpicata eſt. inde vt hoc crimen pro-
pulſauit (abſurdū ei erat talē eſſe q
tot bona cōprehenderet) audita a
qua viua: ſenſu ꝑceptibilē exiſtima
uit. tandem ſpiritalē intelligēs cre-
didit eiuſmodi aqua poſſe ſe tollere
ſitis neceſſitatē. Nō tamē adhuc q
nā eſſet intelligens: ambigebat. Et
ſuperius ſenſu perceptibilē credidit
certo tñ neſciebat. hinc āt diligenti
us intuēs: nec eā penitus ꝯprehen
dens. Da mihi inquit hanc aquā vt
ñ ſitiā: neqꝫ veniā huc haurire. Pri
mū patriarche xp̄m pretulit: ꝙ eo
fonte nō indigeret ſi illā aquam ac
ciperet. Cōſidera qnto potiorē chri
ſtū duxerit. Hoc grate ⁊ fidelis aī
me indiciū. oſtendit quā de Jacob
opinionē haberet. Nouit meliorē:
mutauit ſententiā. Non tamen ni
miū credula mulier neqꝫ temere xp̄i
verba accepit. diligenter inueſtiga
uit. nec incredula neqꝫ pertinax.
quod rogando oſtendit. Atqui iude
is dixerat xp̄s. Qui comedit de car
ne mea: non eſuriet. ⁊ qui credit in
me nō ſitiet. vex nō modo nō credi
derūt. ſꝫ et ſcādalizati ſunt. Mulier
nulla perturbatōe affecta. īmoraꝛ ⁊
rogat. Judeis inquit. Qui credit in
me non ſitiet. mulieri craſſius. Qui
biberit ex hac aqua non ſitiet. Spi
ritalia nullo preſcripta fine pollice
batur. ideo mulieris animū pollici
tationibus erigens: adhuc ſenſibili
bꝰ immoratur. quoniā nōdū ſpirita
lia capere poterat. Nā ſi dixiſſꝫ. Si
credideris in me nō ſities. nō vtiqꝫ
intellexiſſet quid dicerꝫ. Sꝫ quanā
gratia nō his ad iudeos vſus ē ver
bis? Quoniā multa ſigna viderāt.
hec nullū. ſꝫ tantū verba audierat.
Propterea iam ſuā demonſtrat po
teſtatē eius ꝑdicando ꝯditōem: ⁊ le
niter repħendendo. Vade īquit vo
ca vir tuū ⁊ veni huc. Reſpondit
mulier ⁊ dixit. Nō habeo vir. Di
cit ei Jeſus. Bene dixiſti. Virū nō
habeo. Quinqꝫ enim viros habuiſti
⁊ nūc quē habes nō ē tuus vir. hoc
vere dixiſti. Dicit ei mulier. Domīe
video qa ꝓpheta es tu. Pape qnta
mulieris ſapientia. Quā equo aīmo
repħenſiōeꝫ paſſa ē. Et cur nō paſ
ſa dixerit quiſpiā? Cur. Dic queſo.
Nōne ⁊ iudeos ſepenumero ⁊ gra
uiter increpuit? Nō idē eſt ⁊ que a
nimo abſcōdita ſūt: ⁊ rem clanculū
cōmiſſam in mediū ꝓferre. Alterū
enim ſolius dei eſt. neqꝫ enim aliꝰ qſ
piam hoīs mentē nouit ꝗ qui in me
teꝫ habitat. Alteꝝ familiaribꝰ ꝯgni
tū. Verꝫ iudei reprehenſi: moleſte
ferunt. ⁊ dicente Jeſu. Quid me qri
tis interficere. non ſolū nō admirā
tur quēadmodum mulier. ſꝫ maledi
cūt ei: ⁊ conuiciantur dicentes. De
monium habes quis te querit inter
ficere? Atqui ⁊ ex alijs ſignis illū
cognoſcere poterant. Samaritana
hoc duntaxat acceperat. ⁊ non mo
do nihil maledicit. ſꝫ admiratur ⁊

ſtupet: ⁊ ꝓphetã autumat. At gra
uius hāc ꝗ illos reprehendit. Hoc
enim vnius peccatum erat. illud cō
mune pluribus. Neqꝫ ita cōmuni-
bus vt proprijs obiectis criminibꝰ
offendimur. Et illi magnū quid ſe
facturos arbitrātur: ſi xp̄m perde-
rent. huius vero peccatū patebat
omnibus, non tamen egre tulit. ſed
admiratione ⁊ ſtupore perculſa eſt.
Hunc ordinē ⁊ cum Nathanael ſer
uauit. Non ei primū ꝓphetauit ne
qꝫ dixit. Vidi te ſub ficu. Sed cū il
le dixiſſet. Unde me noſti: id reſpon
dit. Volebat enim ⁊ miracula faciē
di ⁊ prophetandi occaſionē: ab ijs
qui ad ipſum ſe conferebant capere
vt magis ſibi tribuerentur: ⁊ īanis
glorie ſuſpicionē tolleret. idem hoc
in loco facit. Nā ſi primo eā ꝙ viꝝ
nō hāberet īcrepuiſſet. ⁊ graue viſū
eſſꝫ: ⁊ ſuperfluū. Sed nactus ab ea
occaſionem: recte oīa ꝓſecutus eſt.
⁊ audientē manſuetiorē reddidit.
Et quomodo proſequitur oratōēꝫ
hanc dicet quiſpiam vade voca vi
rū tuū? De domo ſermo habebatur:
⁊ gratia humanā excedente natu
rā: inſtabat mulier ⁊ eam efflagita-
bat. Dicit Jeſus. Vade voca virū
tuum. quaſi opus eſſet cum eo com
municare. Illa accipiendi cupida
putans hoīem alloqui: vt ſuam cela
rꝫ turpitudinē. Nō habeo inqͣt viꝝ
Hinc nactus occaſiōēꝫ chriſtus tē
pori eam reprehendit. verūqꝫ expli
cans: ⁊ qͣt viros habuerit: ⁊ quē ī
preſentia celabat. Quid ad hoc mu
lier? Non egre tulit: non abijt: nō ī
cōtumeliā accepit. ſꝫ magis admira
tur ⁊ perſtat. Video eni inquit qͥa
ꝓpheta es tu. Et intuere eius pru-
dentiam. Non eueſtigio in ciuitatē
accurrit. ſꝫ obſtupeſcens conſiderat
Video īquit. Hoc eſt. videris mihi
ꝓpheta eſſe. Quod cum opinaretur

nō amplius terrena rogat. non bo-
nam corporis valitudinēꝫ: nō pecu
nias: non opes. ſꝫ tantum doctrinā
Patres noſtri inquit in monte hoc
adorarunt. Abraam ſignificans ꝗ
filium illuc oblaturus duxiſſe dici-
tur. Et quomodo vos dicitis quia
hieroſolymis eſt locus vbi adorare
oportet? Animaduertis enim ꝗ bre
ui altiora aggreditur? Nam cū mo-
do de ſedanda ſiti cura erat. iaꝫ do-
ctrine precepta perquirit. Chriſtꝰ
aūt non ſoluit: neqꝫ eni hoc ei ꝓpoſi
tum erat. ſꝫ ſimpliciter reſpondet.
altius tamē mulieris animū erigit
non tamen priuſqꝫ ſe prophetam ꝯ
fiteretur: vt maiorem verbis ſuis
fidem faceret: ne amplꝰ illa dubita
ret. Pudeat igitur nos ⁊ erubeſca-
mus. Quinqꝫ virorum mulier ⁊ ſa-
maritana: tantam in diſcendo adhi
bet diligentiam: vt neqꝫ diei tp̄e ne
qꝫ alijs occupationibus a Jeſu do-
ctrina abduceretur. nos vero non
modo nihil ad diuinaꝝ reruꝫ erudi
tionem inquirimus. ſꝫ in omnibus
ſecure ⁊ eodem mō afficimur. Pro-
pterea oīa negligimꝰ. Quis nr̄m
queſo repetita domo: aliquod chri-
ſtiano dignum opus: aggreditur?
Quis ſcripturaꝝ ſenſus perſcruta-
tur? Nemo ſane. ſed alueolos ⁊ ta-
los frequenter inueniemus. libros
ꝗ rariſſimos. quos ſi qui habēt: ac
ſi non haberent: clauſos in ſcrinijs
ſeruant. vel omne ſuum ſtudiū ī mē
branaꝝ tenuitate: in lr̄arum chara-
cteribus ꝗ pulcherrimus: cōſumūt.
non vt legant: nō vt vſum inde ali
quē conſequantur. ſꝫ vt diuitias: vt
ābitionēꝫ: oſtentent. in his ſtudent
Tanta eſt īanis gloria. Nulluꝫ am
bitioſum audio: qui libꝝ intelligat.
ſꝫ aureas tantum lr̄as admiratur.
Quid queſo hoc lucri? Non ꝓpterea
a nobis ſcripture date ſunt: vt in li

bris dūtaxat habeamus. ꝫ cordi in
ſculpam⁹ Itaqꝫ hec libroꝝ poſſeſſio
iudaice ambitionis ē: quibus ī lrīs
precepta data ſunt: nobis non ita. ꝫ
in tabulis cordis carneis. Non āt
libros comparari ꝓhibeo. ꝫ admo-
neo: ⁊ maiorē ī modū rogo: vt eos
comparemus. ita tamen: vt ⁊ lrās
⁊ ſenſus frequēter animo repetam⁹
vt hoc pacto mūdus efficiat̄. Nam
ſi ī quacūqꝫ domo euāgeliū eſt. illuc
diabolus ingredi nō audet. ꝗto mi
nus animā ei aſſiduis lectōibus fa-
miliarez neqꝫ demon neqꝫ peccatuz
attinget? Sanctifica igit̄ aīmā. ſan
ctifica corpus. Hoc ꝯtinget: ſi euan
geliū ſemper ⁊ aīmo habueris: ⁊ lin
gua. Qꝫ ſi lingue obſcenitas: aīmam
coinquinat: ſi demones vocat: per-
ſpicuū eſt ſpiritali lectione cā ſancti
ficari: ⁊ gratiam ſpiritus ſancti affa
tim infundi. Diuini cantus ſūt ſcrip
tura. hinc nobis ⁊ anime nr̄e affecti
bus remediuz petamus. Cuius vti
litatem ſi intueremur. ei incredibili
attentōne vacaremus. Hec ego fre
quenter dico. An non perqꝫ abſur-
dum eſt: vt fori homīes: aurigaꝝ ⁊
ſaltatoꝝ nomīa: genera: ciuitates: a
ctōnes: mores: necnon equoꝝ virtu
tem: ⁊ quid ſinguli poſſint: memorit̄
teneant. qui āūt huc ſe conferūt: ō-
nīū penitus ignari diſcedant. immo
⁊ libroꝝ ſuoꝝ numeꝝ ignorant? Qꝫ
ſi voluptatis gratia illa ꝓſequeris
longe maiorem ī his oſtendā. Quid
enim iocundius queſo: quid mirabi
lius? Hominem ne cum homine: an
cum diabolo hominem ſpectare cer
tantem? Et corpus cuz incorporea
potentia congredi. ⁊ genus ſuū vi-
ctoriam referens intueri? Has pu
gnas. hec certamina cōtemplemur
Hec inquam que imitari ⁊ pulcher
rimum ⁊ vtiliſſimum eſt: in quibus
coronā accipere licet: non ī illis: ꝗꝝ
emulatio ignominioſa eſt. Illam cū
demonibus pugnam: hanc cum an
gelis ⁊ angelorum domino ſpecta
bis. Dic queſo ſi tibi regum ⁊ prin
cipum conſeſſu ſpectaculis adeſſe li
ceret: nonne tibi honorificum duce
res? Huc: vbi cuz angelorum rege
diabolum deuinctis poſt tergū ma
nibus: ⁊ conatibus ſuis nihil preua
lentem ſpectare licet: non curris: et
incredibili voluptate hoc ſpectacu
lum non ꝓſequeris. Et quonam pa
cto hoc fiet: inquies? Si libꝝ ī ma
nibus frequenter habueris. Illic ei
diaboli foſſas: lōga curricula: laque
os: captiones: artem: deprehendis.
inde ⁊ pugnare cum eo ⁊ ſuperare
didiceris. Demonum ſunt non ho
minuz: ſecularia ſpectacula. Quare
vos hortor: vt a ſathane feſtis ab
ſtineatis. Naz ſi ī idoloruz templis
nefas eſt ingredi: longe magis ī de
monum ſolennitatibus. His ego
vos frequenter admonitōibus ob
tundo: dum aliquid proficiam. Mi
hi quidem non moleſtum eſt inquit
vobis āūt ſecuruz. Neqꝫ grauis vo
bis ſit oro hortatio mea. Nam ſi
grauiter ferendum eſſet. mihi poti⁹
eſſet: qui non auditus in hoc vobis
ſepenumero conſeſſu verba facio: ꝗꝫ
vobis qui tantum aures adhibetis
nūqꝫ proficitis. Sed abſit vt vobis
moleſtus ſim. ſed hac culpa vacui
ſpectaculo ſpiritali digni futura glo
ria ꝑfruamini. Gratia ⁊ benignita
te dn̄i nr̄i Ieſu chriſti. cum quo pa
tri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſancto ī ſe
cula ſeculorum Amen.

## Homelia xxxii

ex capitulo quarto.

Dicit ei Ieſ⁹. Mulier crede
mihi. q̄a venit hora. quādo
neqꝫ in monte hoc: neqꝫ in
hieroſolymis adorabitis patrem.

Uos adoratis quod neſcitis . nos
adoram⁹ quod ſcimus. quia ſalus ex
iudeis eſt. Ubiqꝫ fide nobis op⁹
eſt dilectiſſimi. fide inquam bonoꝝ
matre: ſalutis medicia: ſine qua nul
lam magnarū reꝝ doctrinā ꝑcipere
quiſpiā pōt. ſꝫ illis ſimilis: q̄ ſine na
ui pelagus tranſnare aggreſſi: paꝝ
ꝓuecti: laſſatis manibus pedibuſqꝫ
fluctibus ꝯtinuo obruūtur. neqꝫ ali
ter qui ſuis nitūtur ratōibus ante
cognitā veritatem. vt Paulus ait:
naufragiū faciūt. Quā: quidā repel
lentes circa fidem naufragauerūt.
Quod ne nobis accidat: ſacre ācho
re: qua chriſtus in preſentia ſamari
tanā cōfirmauit: innitamur. Nā cū
illa dixiſſet. Quomō vos dicitis q̄a
in hieroſolymis ē locus ī quo opoꝛ
tet adorare? Reſpondit Jeſ⁹. Muli
er crede mihi. quia venit hora quā
do neqꝫ in hieroſolymis: neqꝫ ī mō
te hoc adorabitis patrem. Maximā
huic reuelauit doctrinam: ⁊ quā ne
qꝫ Nicodemo neqꝫ Nathanael hec
ſua potioreꝫ q̄ꝫ iudaicam: maioꝝ au
ctoritate comentabatur. Chriſt⁹ ni
hil ad hoc reſpondit. tanq̄ꝫ ſuperua
caneū ꝯgnitu. quare patres ī mon
te: iudei hieroſolymis adorarēt. tol
lit tamen vtriuſqꝫ loci cultū: ⁊ illi⁹
mentem excitat: edocetqꝫ: neqꝫ iude
os neqꝫ ipſos aliquid de ſe magnuꝫ
imposteꝝ poſſe polliceri. ⁊ tunc dif
ferentiā adducit. preſtantiores ta
men iudeos ſignificat. non loci rati
one. ſed ꝯgnitione. Ac ſi dicat. Loci
gratia nil contendendum eſt. ſed in
cultu iudei preferendi ſunt ſamari
tanis. Uos inquit adoratis quod
neſcitis. Nos adoram⁹ quod ſcim⁹.
Et quonā pacto neſciebant ſamari
tani q̄d adorarent? Quoniaꝫ in cer
to ⁊ circūſcripto loco eſſe: ⁊ quaſi
diuidi poſſet: deū arbitrātur. ita eū
colebāt. ita ad perſas mittētes: nō
eius loci deuꝫ ſibi iratuꝫ nunciarūt
nihil de eo amplius hoc pacto q̄ꝫ de
idolo arbitrati.. q̄re ⁊ demones et
ip̄m adorabāt: ⁊ que miſceri nō po
terant confundebant. Judei auteꝫ
hac vacabant opinione: ⁊ totius
orbis eum norant deum eſſe: q̄ꝫuis
non oēs. Propterea inquit.: Uos
adoratis quod neſcitis Nos adora
mus quod ſcimus. Neqꝫ tibi admi
rationi ſit Jeſum ſe iudeis adnume
rari. Nā ſecundū mulieris loq̄tur
opinionem tanq̄ꝫ iudeus propheta
Ideo īquit adoramus. Adorātis of
ficiū omnibus conſtat. Adorare e
nim creature: adorari non creature
ſed domini eſt. Sed primo quaſi iu
deus loquitur. Nos hoc in loco iu
deos ſignificat. Judaicam ergo reli
gionem extollit. tamen verbis ſuis
fidem comparat: amouens ſuſpicio
nē: ne affectu quodam ſuam prefe
rat gentem. Nam qui precipuū cul
tus locum: ⁊ que ipſi plurimi facie
bant negligit: tollitqꝫ: cum perſpi
cuū eſt nullius ad gratiam locutuꝫ
ſed vere ⁊ prophetice. ⁊ cū rōes nō
adduxerit inquiēs. Crede mihi mu
lier: ⁊ que ſequūtur. addidit Quia
ſalus a iudeis eſt. Hoc eſt vel q̄ oꝛ
bi terrarum bona inde prouenerūt
Nā ⁊ dei cognitio: idoloꝝqꝫ contē
ptus: ⁊ cetera dogmata. ⁊ nr̄ cult⁹
q̄ꝫuis nō recte: a iudeis tn̄ ortuꝫ ha
buit. Salutē inq̄ꝫ vel hoc: vel ſuuꝫ
aduentum appellat: vel vtrunqꝫ: po
tius ex iudeis proueniſſe teſtatur.
Quod etiam paulus. Ex quibus
inquit chriſtus ſecundū carneꝫ qui
ſuper om̄ia benedictus deus in ſecu
la. Uides eniꝫ vt veteri fauet teſta
mento. idqꝫ bonorum demonſtrat o
riginem ⁊ nulla ex parte legi con
trarium? Siquidem ex iudeis om̄ia
bona ortum habuiſſe dicit. Sed ve
niet hora: et nunc ē: quando veri

adoratores adorabunt patreꝫ ī ſpi
ritu ⁊ veritate. Hic ⁊ ſamaritanos
⁊ iudeos: a veris excepit adoranti-
bus. ⁊ q̄uis meliores iudeos. ven-
turis tamē lōge deteriores: quāto
figura veritate inferior eſt: iudica
uit. Eccleſiam autē ſignificat. quo
niam verus ⁊ debitus deo cultus
ip̄a eſt. Et cū pater querit tales ado
ratores. Si ergo tales iampridem
querebat. non omnino hūc illis mo
rē conſtituit. permiſit tamen ꝓpter
hoc: vt eos quoq̄ ad verꝝ induceret
Qui igit̄ ſūt veri adoratores? Qui
nullo loco diuinū cultū circunſcri-
būt: qui deū in ſpiritu colūt: ſicut ⁊
Paulus. Cui ſeruio inq̄t in ſpū: in eu
angelio filij eius. Et iterꝝ. Obſecro
vos fratres per miſericordiam dei
vt exhibeatis corpora veſtra hoſti
ā viuētē: ſanctā: deo placentē: ratio
nabile obſequiū veſtꝝ. Per ſpiritū
autem incorporeum ſignificat. O
pus eſt enim incorporei: hunc cultū
eſſe: ⁊ per incorporeū quod eſt ī no
bis: hoc eſt per aīam; ⁊ anime mun
diciam offerri. Idcirco ait. Et ado
ratores eiꝰ in ſpū ⁊ veritate adorarē
oportet. Nā cū ⁊ iudei ⁊ ſamaritani
ꝯtempta aīa: mūdicie corporis plu
rimū ſtuderent. non ablutōe inquit
⁊ ornatu corporis. ſꝫ incorporea nr̄i
parte adorandum. Quāobrē nō pe
cora nō vitulos. ſꝫ te totū deo offe
ras ſacrificiū. Sic viuentē hoſtiaꝫ
exhibebis. In veritate enī adorare
oportet. Nam que ſuperiori tēpore
figura erāt. Circūciſio: holocauſta:
ſacrificia: incenſum: non ſūt ampliꝰ.
ſꝫ oīa veritas. Non enim caro. ſꝫ
male circūcidende ſunt cogitationes
Et noſipſos crucifigere: ⁊ irratio-
nales auferre cupiditates oportet.
His mulier verbis implicita: ⁊ co
rū ſe ſenſum aſſecutam: nō confidēs
Scio inquit quia Meſſias venit q̄

dicitur chriſtus. Cuꝫ ergo venerit:
Ille adnunciabit nobis omnia. Di
cit ei Ieſus. Ego ſuꝫ qui loquor te
cum. Et vnde ſamaritani chriſti ad
uentum expectabant. cū ſolum Mo
iſen reciperent? Ex ipſo Moiſe: qui
in principio filium reuelauit. Illud
enim. Faciamus hominem ad ima
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtram: ad
filium dictum eſt. Et Abrae in ta
bernaculo filius loquitur. Et Ia
cob de eo prophetiſans dixit. Non
auferetur ſceptrum de iuda: ⁊ dux
de femore eiꝰ donec veniat qui mit
tendus eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gē
tium. Ipſe preterea Moiſes inquit
Prophetā de gente tua: ⁊ de fratri
bus tuis: ſicut me ſuſcitabit tibi do
minus deus tuus: ip̄m audies. Et
que de ſerpente ⁊ virga Moiſi. Et
de Iſaac: et oue. et alia multa licet
ſtudioſis colligere: que chriſti aduē
tum teſtantur. Et quanam gratia
inquies: his mulieri rationibus nō
perſuaſit chriſtꝰ: vt Nicodemo: cui
in medium ſerpentem attulit. ⁊ Na
thanael cui ꝓphetauit? Quoniaꝫ hi
viri erant: ⁊ in huiuſmodi verſati.
ſamaritana rudis ⁊ abiecta mulier ⁊
expers oīm lr̄arum erat. ideo nullū
cum ea de ſcripturis verbum facit.
ſꝫ aque tantū pollicitatōne: ⁊ ꝓphe
tia eā allicit. Ideoq̄ in ſui mētionē
eā adducit: ⁊ ſe iam q̄ ſit manifeſtat.
Qd ſi nō rogatꝰ feciſſꝫ: creditꝰ eſſet
delirare ⁊ ſe iactare. Nūc pedetēti
⁊ modeſte nactꝰ occaſiōeꝫ: oī ſe ſu
ſpicōe abſoluit. Et quidē iudeis fre
quēter rogātibꝰ. Quouſq̄ animam
nr̄aꝫ tollis? Dic nobis ſi tu es xp̄s
nō palā: vt huic mulieri: ſe xp̄m eē
ꝯfeſſꝰ eſt. Fidelior hec erat illis: q̄
nō diſcendi ſꝫ arguēdi grā rogabāt
Nā ſi diſcere voluiſſet: verborꝫ ſcp̄
turarumq̄: ⁊ miraculorum: ſuffici
ens eis fuiſſꝫ doctrīa. Samaritana

integra ⁊ ſimplici mēte petijt vt ex
ſeq̄ntib⁹ facile p̄t intelligi. Audiuit
eū: credidit: ⁊ alios ad credēdū tra
xit: etiā in omī re eius diligentia ⁊ fi
des integra dinoſcitur. Et ꝯtinuo
venerūt diſcipuli eius Et q̄dē tēpe
ſtiue. cū iā nihil ampli⁹ ad dicendū
relinqueret̄. O rem mirabilē. Muli
er ſamaritana huiuſmōi loq̄tur. Et
ꝯtinuo inq̄t euāgeliſta. Venerūt di
ſcipuli ei⁹. ⁊ mirabātur ꝙ cū mulie
re loq̄batur. Nemo tn̄ dixit. Quid
queris aut quid loqueris cū ea? Sꝫ
q̄d mirabant̄? Facilitatē: ⁊ incredi
bilē xp̄i humilitatē. ꝙ tā clar⁹ ⁊ tā
ti noīs: pauperē ⁊ ſamaritanā muli
erē benigne alloq̄ nō dedignaretur
Nihil tn̄ rogarūt. Adeo diſcipuloꝝ
mores ībiberāt. adeo mgr̄m ⁊ time
bāt: ⁊ reuerebant̄ plurimū. Atq̄ nō
nūq̄ꝫ audentiores viſi ſūt. ⁊ cuꝫ Jo
hānes ſupra pect⁹ eius recubuit. et
cū acceſſerūt ad eum dicētes. Quiſ
putas maior ē in regno celoꝝ? ⁊ cū
zebedei filij rogāt: vt alt̄ a dextris:
alter a ſiniſtris ſedeat. Quid igit̄
hoc in loco ſiluerūt? Quoniam illic
res ſua agebat̄: ideo neceſſario ꝑcō
tati ſūt. hec tāta res nihil ad eos.
Accedit: ꝙ Johānes multopoſt tē
pore ſuꝑ Jeſu pectus recubuit ſuꝑ
ipſū finē. cū iā xp̄o eſſet familiarior
eius dilectōe fretus. Hic ei erat in
quit quē diligebat Jeſus Quid hu
ic beatitudini par dilectiſſimi? Noli
m⁹ tn̄ ea cōtēti eē ſꝫ totis conemur
viribus: vt ⁊ nos beatoꝝ numero
aſcribamur ⁊ vnitemur euangeli
ſtā: ⁊ tante dilectōis cauſaꝫ cōtēple
mur. quenā ea eſt? Reliq̄t p̄rem: et
nauiculā: ⁊ rethe: ⁊ ſecutus ē Jeſū
Verū hoc ⁊ frater fecerat: ⁊ Petr⁹
⁊ andreas: ⁊ alij itē apoſtoli. Jn q̄
ergo excelluit: ꝙ tantā ſibi Jeſu cō
ciliauerit dilectiōem? Nūquid inue
niem⁹? Jpē de hoc nullā facit mēti
onē. ſꝫ ꝙ tm̄ diligeret̄. dilectōis cau

ſam (⁊ modeſte quidem) ſubticuit
Sed quin eximie a chriſto diligere
tur ambigit nemo. non tamen neq̄ꝫ
loquendo neq̄ꝫ rogando: precipuaꝫ
quandam apud Jeſuꝫ auctoritateꝫ
habuiſſe apparꝫ. vt ſepenumero Pe
trus. vt Philippus. vt iudas. vt
Thomas. niſi ſemel tantum cuꝫ ob
ſequi ⁊ obtemperare condiſcipulo
voluit Naꝫ cum ipſorum princeps
ei innuit. tunc Jeſum quis ipſum eſ
ſet traditurus rogauit. Jmmenſo
nanq̄ꝫ hi duo diſcipuli ⁊ mutuo ſe
amore proſequebantur. Jn templū
ſimul aſcendiſſe: ⁊ ſimul loquentes
ambos legimus. Atqui: ardentius
aliquotiēs. Petr⁹ ⁊ mouet̄ ⁊ loq̄t̄ ⁊
demū audit xp̄m dicētem Petre a
mas me magis his? Qui āt p̄cete
ris diligebat ꝓculdubio ⁊ p̄ceteris
diligebatur. Verꝫ alterꝫ amaſſe Je
ſum alterum a Jeſu amatum ſatis
conſtat. Quid igitur hanc precipu
am dilectionem conciliauit? Jncre
dibilis arbitror Johannis manſue
tudo ⁊ lenitas. Qua remiſſior ſepe
numero videbatur. que quanta ſit
virtus ex Moiſe manifeſtuꝫ eſt. q̄p
pe que tantum et talem preſtiterit
nihil enim humilitati comparandū
Hinc chriſtus beatitudini principi
um fecit. Tanq̄ꝫ enim quoddam im
menſi edificij fundamentum: humi
litatem primaꝫ iecit: ſine qua nemo
ſaluteꝫ conſequitur. ſed ſiue quis ie
iunauerit: ſiue orauerit: ſiue ſuas
pauperibus erogauerit facultates
ſine humilitate hec ⁊ eiuſmodi om
nia: nihil afferunt vtilitatis. cōtra
ipſius condimento gratiora omnia
iocundioraq́ꝫ redduntur. Humiles
ergo et manſuetos: nos exhibeam⁹
dilectiſſimi. ita haud difficile ē bene
operari. Quid ſtulte ſuperbis? Nō
intelligis humane nature imbecilli
tateꝫ et inanes ſpes nr̄as? Qui te
exitus maneat ꝯſidera. Jntuē mul

titudinē peccatoꝝ. Sed forſan ope
ra te tua efferūt: iis itumeſcis. hͦ pa
cto oīuʒ mercedē amittis. Quāob
rē ñ adeo pccīs obnoxiā: vt vtutis
ſectatorē: moderatō e vti decʒ. Quid
tādē? Quoniā ille ɔſciētia retrahit̄
hic āt niſi ſe diligent̄ cōtineat: cōti
nuo q̄ſi vēto quodā tollit̄ ⁊ euaneſ
cit. quēadmodū phariſeus. At pau
peribus ſubuenis? nō ex tuis. ſʒ dñi
facultatibus: que ɔſeruis cōmunes
ſūt. Quocirca humilitate vtendū ē
⁊ ī tui generis calamitatibꝰ: res tu
as: ⁊ naturā tuā ī illis. te ɔſiderare
oportet. Fortaſſe ⁊ nos talibꝰ ſumꝰ
ortı ꝓgenitoribꝰ. Qꝫ ſi trāſiere ad nos
diuitie. ⁊ aliqñ nos deſerturas cṙdi
bile ē. Quid āt omnino ſūt diuitie?
lucerna lucem non accipit. Qua igi
tur gratia hoc dicitur? Vt ſalui ſi
tis: vt ſuperius inquit. Significa
uit tamē ⁊ hic etiam cuz dixit. Vt
vitam habeatis. Affert autem et
aliam cauſam. Sed cognoui vos.
quia dilectionem dei non habetis
in vobis. cum tanq̄ dei amatores
iudei chriſtum perſequerentur: ꝙ ſe
equalē deo faceret: ſciretq̄ non eſſe
credituros: neq̄s percōtaretur cur
id diceret: vt vos reprehendā inq̄t
ꝙ nō pietate in deū me perſeq̄mini.

Nā ſi ipē ⁊ opibus ⁊ ſcṗturis mi
hi ꝑhibet teſtimoniū. Quēadmodū
ātehac me deo ꝯtrariū arbitrati ex
piuliſtis. ita exquo vobis veritatē
oſtēdi recipere deberetis: ſi deū dili
geretis. ſ; nō diligitis. ꝓpterea hoc
locutus ſum: vt temere vos elatos
oſtendā: ⁊ inuidiā obtegere: qđ etiā
ex ſequētibus cōfirmat. Ego enim
veni inquit in nomīe patris mei: ⁊
non accepiſtis me. ſi alius venerit ī
nomine ſuo illū accipietis. Animad
uerte vt oībus ī locis: ꝓpter hoc ſe
miſſuȝ: ⁊ a patre accepiſſe iudiciū ⁊
nihil poſſe a ſeipō facere ꝯfitet̄: vt
oēm tollat incredulitatis excuſatio
nē: ſ; quēnā nō in noīe patris vētu
rū dixit? Antixp̄m ⁊ ꝑfidiā eoꝝ: ſi
ne cōtradictōe demōſtrat. Nā ſi tā
q̄ȝ dei amatores me pſeqmini: lōge
magis antixp̄m perſeq̄ oportuerit.
Ille eī neq; ſe miſſū a pr̄e: neq; eius
volūtate venire dicȝ. ſ; oēm ſibi po
teſtatē vendicabit: ſe oīm deū ꝯfi
tebitur. Et Paulus inq̄t in oībus
dicentem ſe deū: aut quod colitur:
oſtendentē ſeipſum deū eē: hoc eſt
ꝙ ꝓprio nomine venerit. ego āt me
in nomīe patris mei venire ꝯfiteor
Satis id indicare poterat: ꝙ deuȝ
nō amarēt. cū ab ipō miſſuȝ nō reci
perēt. Verꝰ ex antixp̄o etiā eoꝝ im
pudentiam coarguit. cū eīi q̄ ſe a de
o miſſū p̄dicat: nō recipitis: coletis
aūt. q̄ ſe deū neſcire: ⁊ ſe maximū de
oꝝ eē glorīabitur. ꝓſpicuū erat: ꝙ
īuidia ipm̄ pſequebātur. ideo duas
affert ſmonis ſui cauſas. ⁊ ꝑus vti
liorem. Vt ſalui ſitis. ⁊ vitā habea
tis. ⁊ licet nō eſſent audituri: graui
orem tn̄ ponit: vt aſſolet. Et qdem
Paulus de antixp̄o diſputās: ꝓphe
tauit. ꝙ mittet illꝰ deꝰ ī opatōem er
roris: vt credāt mēdacio. vt iudicē
tur oēs q̄ non crediderūt veritati.
ſ; conſenſerūt iniq̄tati. Chriſtus āt

non dixit venturum: ſed ſi venerit
vt remiſſius auditores offenderet.
nam propter ſummam eorum perfi
diam antichriſti aduentum tacuit
Paulus autem intelligentibus ap
te eum manifeſtauit. quod illos in
excuſabiles facit. Deinde increduli
tatis cauſam his verbis exequitur.
Quomodo poteſtis vos credere q̄
gloriam inuicē accipitis: ⁊ gloriam
que a ſolo deo eſt nō queritis? Hic
iterum oſtendit: nullā eos diuinoꝝ
conſiderationem habere. ſ; eorum
pretextu ꝓprium affectum obtege
re. tantum auteȝ a querenda dei glo
ria abeſſe: vt humanaȝ potius q̄ȝ di
uinam optarent: qua ergo ratione
tantū odij pro dei gloria ſuſciperēt
quam adeo contemnebant: vt e
tiam humanā preponerēt. Cum ita
q̄ȝ ſimulatam eoruȝ in deum dilecti
onem arguiſſet: ⁊ ex ijs que in ſe fa
cerent: ⁊ que in antichriſtuȝ eſſent
facturi. oſtendiſſetq; nulla venia di
gnos. iterum Moiſen: qui eos accu
ſat in medium adducit. Nolite pu
tare quia ego accuſaturus ſuȝ vos
apud patremꝰ. eſt qui accuſat vos
Moiſes in quo vos ſperatis. ſi eniȝ
crederetis Moiſi: crederetis forſitā
⁊ mihi. de me enim ille ſcripſit. ſi au
tem illius litteris non creditis. q̄
modo meis credetis verbis? hoc e
ante me ille vos veſtri in me animi
reprehēdit Moiſi cui magis creditis
q̄ȝ mihi Ecce quō oēȝ eis aufert ex
cuſatōeȝ. deū vos diligē ꝯfitebami
ni me pſeq̄ndo oſtēdi ꝙ eiꝰ odio hꝰ
facitis. Dicebatis me ſabbatū ſoluē
legē tranſgredi: purgaui calumniā.
Contra me hec audere aſſerebatis
vt Moiſi crederetis. Demonſtraui
hoc vos pacto maxime legi Moiſi
cōtradicere. tm̄ ei abſum: vt Moiſi
legi repugneȝ. vt nemo alius eque
vos accuſaturus ſit: q̄ȝ ipē qui legē

condidit. Ut igitur de ſcripturis i
quit. in q̄bus putatis vitā eternam
habere: ita et de Moiſe in quo vos
ſperatis. vbiq̄ʒ ipoꝝ armis eos cō-
fodiēs. Et vnde cōſtat: Moiſen ac
cuſaturꝝ vt te iactare nō credamus?
Quid tibi cū Moiſe? Sabbatū ſol-
uiſti: quod ille obſeruandū manda-
uit. Quomō nos accuſaturus eſt.
Quo vteris argumento: ꝙ in aliū
ſuo ipſius nomine veniētē ſim⁹ cre
dituri? ad hec nullum adducis teſti-
moniū. Atq̄ oīa hec ex ſuperioribus
ꝯfirmant. cū ei ſe a deo veniſſe: ab o
peribus: a Johānis ꝛ pr̄is teſtimo-
nio: aſſeueret. ꝯſtat Moiſen eos ac
cuſaturꝝ. Quid ille inquit? Siq̄s ve
nerit ſigna faciēs: ꝛ ad deum addu
cens: ꝛ futura vere predicēs: ei ꝓm
ptiſſimo animo parere oportet. chri
ſt⁹ oīa hec fecit. ſigna veriſſima opa
tus ē. ad deū oēs traxit ꝛ que ꝑdi
xit: reꝝ euētu cōfirmata ſūt. Qꝫ aūt
ob xp̄i odiū aliū ſuſcepturi ſint: īde
ꝑſpicuū ē qm̄ qui diuia volūtate ve
nientē fugant. contrariū recipiunt.
Neq̄ʒ id tibi admiratōni ſit: ꝙ Mo
iſi adducat teſtimoniū. cū ab homi
ne ſe teſtimoniū non accipere dixe
rit. non ei ad Moiſen. ſʒ ad diuinam
eos ſcripturam relegat. Verꝫ cum
ſcripturis minus mouerētur: ſe ad
ip̄m refert legis latorē: q̄ eos accu
ſat. ꝛ expreſſius metuʒ incutiēs. ſin
gula coꝝ verba coarguit. Cōſidera
queſo. Dicebāt ꝙ dilectōis in deuʒ
gr̄a chriſtū ꝑſequebantur. oſtendit
contrariū ꝙ odij. Dicebāt: ꝙ Moi
ſen defenderēt. oſtēdit ꝙ oppugnāt
ꝛ ꝙ ei nō credūt: id faciūt. Nā ſi le
gis aſſertores eſſent: oportebat vt
qui legē impleret: ꝓbarent. Si deū
diligebāt ei credere q̄ ad deum eos
traheret. Si Moiſi credebāt: queʒ
Moiſes ꝑdixerat adorare. Qꝫ ſi illi
q̄ ante me fuit. fides nō adhibetur:

minime miꝝ ſi me ab eo iā ꝑdē ꝑnū
ciatum expellitis. Quēadmoduʒ er
go qui ſe Johānē admirari arbitra
bātur eos potius cotēnere ex ijs q̄
in ip̄o facerēt: demōſtrauit. itidē ꝛ
in Moiſe vſu eis venire oſtēdit: ꝛ ſe
ꝑ in eoꝝ caput omnia que ꝓ ſe ad
ducere opinabātur: retorquet. Tā
tū ei abſit inquit vt a lege iudaica
vos abducam: vt ipſum legis lato
rem contra vos teſtem adducā. Di
cit ergo ſcripturas de ip̄o teſtari: v
bi autē nondū aperuit: vt maioreʒ
eis formidinē incuteret ꝛ ad inueſti
gandum interrogandūq̄ʒ excitaret
Nā ſi non rogatus dixiſſʒ facile cō
tempſiſſēt. hoc aūt pacto eos roga
re ꝛ diſcere oportebat: ſi attentōeʒ
preſtabant. Ideo nō in demōſtrati
oibus tm̄ ſʒ in ſentētijs ꝛ minis ve
hemens eſt: vt vel hoc ſalteʒ pacto
metu trahat ad credēdum. Illi aūt
tacent. Talis eni malicia eſt? Quic
q̄d dicatur fiat ve non exurgit. ſed
ꝓprium ſeruat venenum: ſʒ omis ab
animo eijcienda eſt: nec vlli inectē
dus dolus. Ad prauos eni prauas
vias deus mittit: ꝛ ſp̄us ſanctus ſa
pientie fugiet doluʒ: ꝛ diſcedet a ra
tōnibus imprudentium. Nihil eniʒ
tā ſtultos homines facit q̄ʒ malicia
Fraudulētus eni ꝑfidus ingratus
he nanq̄ʒ malicie ſpecies ſunt. cum
non ledentem ledit: cum nectit do
los: cum beneficiorum obliuiſcitur:
nonne ſumme pre ſe fert ſtulticie iu
diciuʒ? Nihil ſapientiores reddit q̄ʒ
virtus eteniʒ gratos: benignos: mi
tes: humanos: manſuetos: lenes: ce
teris ꝟtutib⁹ preditos efficit. Quid
ita affectis prudentius. fons mater
radix ſapientie virtus non ſecus ac
malicia omis ex ſtulticia oritur. Si
quidem ſuperbus ꝛ iracundus quo
niam ſapientia carent: ijs affecti
bus abſumūtur. Ideo inq̄t ꝓpheta

Non ē ſanitas in carne mea a facie
inſipientie mee: vt om̄e peccatum e
ſtulticia ortum habere demonſtret
nam q̄ virtuti ſtudet: q̄ deum timet
is ſapientiſſimus eſt Initiū inquit
ſapientie timor domini. Q̄d ſi ita ē
malus: q̄ dei timorē nō habet: ſine
dubio non eſt ſapiens . q̄ hac vera
caret ſapientia ſtultiſſimus ē. Atq̄
multi malos admirantur: q̄ ⁊ iniu-
riam facere ⁊ offendere poſſint: non
ītelligētes eos maxime miſeros exi
ſtimandos: q̄ cum alios ſe ledere ar
bitrentur in ſe enſez ſtringūt. quod
vltime ē dementie: vt ſeipm̄ ledēdo
q̄s non cognoſcat ſꝫ ſibi aliū ledere
videat. Q̄d Paulus ſentiens inq̄t.
Quaꝛe nō potius iniuriā accipitis?
Quare nō magis fraudē patimini?
Non accipere iniuriā in nō inferē
do eſt: ſicut nō pati malū in nō fa-
ciendo male q̄uis multi ambigant:
nec ſapientiā amplecti velint. Hec
cōſiderātes dilectiſſimi nō q̄ accipi
unt. ſꝫ qui inferunt iniuriaz: eos mi
ſeros dicamus : deploremuſq̄ cū ipi
maxime accipiant: ⁊ cum deo bellū
gerant. cum omniū contra ſe ora a
periant: cū in hoc ſeculo mala labo
rēt fama: ⁊ in futuro perpetuū ſibi
pariāt ſupplicium. q̄ āt accipiūt ⁊ ma
gno animo oīa perferunt: deū ꝓpici
um habeant: omnes eis cōmiſereā
tur: omnes laudent. oēs benigne ſu
ſcipiāt. Ipſiq̄ in hac vita maximū
ſapiētie exemplū prebeant. ⁊ ī futu
ro gloriā expectēt ſempiternā. quaz
vtinā omnes cōſequamur. gratia ⁊
benignitate domini nr̄i Jeſu xp̄i cū
quo p̄ri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſan
cto in ſecula ſeculoꝝ amen.

## Homelia xli
ex capitulo ſexto.

Poſt abijt Jeſus trans mare
galilee: q̄d ē tyberiadis ⁊ ſe
quebatur eū multitudo ma
gna. qui videbant ſigna que facie
bat ſuper ijs qui infirmabantur.
Sub ijt ergo in montem Jeſus: et
ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis No
limus dilectiſſimi paruos ⁊ maledi
ctos homines proſequi ⁊ inſectari.
ſed eos ⁊ eorum maliciaz toleremꝰ
cum nihil ab his virtus noſtra of-
fendatur nihil detrimenti accipiat:
ita enim omīs eorum impetus fran
gitur: ⁊ quemadmodū ſagitte in du
rum aliquod ſignuz immiſſe magno
impetu huc illuc diſperguntur. mol
lius vero aſſecute figuntur ⁊ deſi
nūt. ita maledicos ⁊ feros repugnā
do magis exaſperamus: cedēdo mi
tigamus facile: ⁊ eorum mollimus
inſaniam Idcirco chriſtus cum au
diſſent phariſei ipſum plures q̄ Jo
hannes diſcipulos habere: ⁊ bapti
ſare: abijt in galileam: vt eorum in
uidiam ⁊ furorem quem ex ſe audi
to ortum credibile erat. extigueret.
Non tamen eundem locum quem
ante petijt. non enim in cana gali-
lee. ſꝫ trans mare conceſſit. Seque
batur autē eum multitudo magna
quia videbant ſigna que faciebat.
Quenam? Cur nō enumerat? Quo
niā hic euangeliſta plurimum ī xp̄i
ſermonibus ⁊ doctrina verſatur. cō
ſidera in toto anno. etei nunc in fe
ſto paſche non aliud q̄ paralitici ⁊
filij reguli nobis ſignum expoſuit.
Neq̄ enim omnia narrauit : neq̄
potuiſſz. ſꝫ ex multis ⁊ magnis pau
ca. Sequebatur eum multitudo
magna. quia videbant ſigna que fa
ciebat Non philoſophicis admodū
ſubtilitatibus vtitur. ad tantā enī
doctrinā magis ſignis adduceban
tur ⁊ rudiores maxie. Signa inq̄t
non fidelibus ſed incredulis . Sed
nō huiuſmodi apud Matheū popu
lus. vex ſtupebāt omnes doctrinaz
eiꝰ q̄ docebat eos tanq̄ poteſtatē

habẽs. Quid āt montẽ ſubijt: τ ibi
ſedebat cum diſcipulis? Propter fu
tur ſignum. Qꝛ autẽ ſoli cū ipo di-
ſcipuli aſcenderūt. multitudinis nō
ſequentis deſidiā coarguit. Ad hoc
etiā nos admonet a ꝑturbatōibus
τ tumultu diſcedendum. Idoneus
ſiqdem ad philoſophiam locus ſoli
tudo. Aliquādo xp̄s ſolus montẽ
aſcendit τ orat: vt oſtendat qui deo
vult frui: cū omī cura τ ſolitudine
vacare τ quietū locū querere opor
tere. Erat āt ꝓximū paſcha dies fe
ſtus iudeoꝝ. Quanaꝫ gratia oībus
ad ſolennitatẽ hieroſolymā ꝓperāti
bus ipe in galileā: τ inde in caphar
naū: nō modo abijt: ſꝫ τ ducit diſci-
pulos? Ut paulatim legẽ ſoluat. cū
iudeoꝝ malicia occaſionem accepe
rit. Cū ſubleuaſſet Jeſus oculos: τ
vidit ꝙ multitudo magna venit ad
eum. Non ab re cū diſcipulis ſedere
oſtendit. ſꝫ aliquid diligentius τ ma
gna omniū attētōne differere. Ex q̄
Jeſu ſtudiū τ humilitatẽ in diſcipu
los videri licet. Sedebant intẽtis
in mgr̄m oculis. Inde cū ſubleuaſſꝫ
Jeſus oculos: τ vidit multitudinẽ
venientẽ. Alij euangeliſte dicūt di
ſcipulos obſecraſſe Jeſum: ne ieiu-
nos dimitteret Johannes autẽ Je
ſum Philippum rogaſſe. Utrūqꝫ mi
hi verū videtur. alio τ alio tempe.
illud q̄ꝫ hoc ātiquius. Sed q̄ꝫobreꝫ
Philippū interrogat? Norat q̄ diſci
puli magis doctrina indigerēt. Hic
ē q̄ poſtmodū inq̄t. Oſtende nobis
p̄rem τ ſufficit nobis. Propterea cū
rogauit: vt magis appareret mira
culū: τ coactus confiteri penuriam:
melius intelligeretur miraculi ma
gnitudo: q̄ꝫ ſi ſimpliciter id feciſſet.
Ait ergo. Unde ememus panes vt
manducent hi? Sic τ in veteri teſta
mento: nō ꝑus ſignū fecit deus q̄ꝫ
Moiſen introgaret. Quid ē hoc q̄d

tenes in manu tua? Nā cū admira
bile aliq̄d τ repentinū prioꝝ nōnū
q̄ꝫ obliuionẽ facere ſoleat: ꝑmū eum
ꝓpria cōfeſſione alligare voluit: vt
nullo ſtupoꝛẽ obliuiſci iā poſſit. Uult
p̄terea ꝑpatōe: ſigni magnitudineꝫ
intelligi. Ducētoꝝ denarioꝝ panes
inq̄t non ſufficiunt his vt vnuſq̄ſ q̄ꝫ
modicuꝫ q̄d accipiat. Hoc aūt dice
bat tentans eū. ipe eniꝫ ſciebat q̄d
eſſet facturus. Quid ſignificat ten
tans eum. Num quid eſſet reſpon
ſurus ignorabat? Minime. Quid igi
tur? Ex veteri teſtamento licet ītel
ligi vbi inq̄t. Que poſtq̄ꝫ geſta ſūt:
tentauit deus Abraā. Ille reſpōdit
ad ſū. Ait illi. Tolle filiū tuū vnige
nitū quē diligis Iſaac Nō dixit hº
vt an pareret experiretur: cū omīa
deus videat ꝑuſq̄ꝫ fiant. ſꝫ homīs
more vtrunq̄ꝫ dictum eſt. Sic eniꝫ
cū dicit. Scrutatur corda hominuꝫ
nō ignorationis eſt. ſꝫ certiſſime co-
gnitiōis: ita tentauit: nihil aliud q̄ꝫ
certā ſcientiaꝫ ſignificat: vel ꝙ pro
batiōꝛẽ ipm fecit. Ut ergo Abraam
ita τ Philippū. interrogādo admo
net: vt miraculū diligentius conſi
deret. Ideo euangeliſta ne quid his
verbis abſurdū de xp̄o ſuſpicareris
τ in magnum prolabereris erroꝛẽ.
Ipe inquit ſciebat quid eſſet factu
rus. Ut igitur hoc in loco euāge
liſta diligenter hoc notat ne deci
piamur. ita cum īquit. Propterea
magis querebant eum iudei interfi
cere. quia non ſolum ſoluebat ſabba
tum: ſed τ patrem ſuum dicebat de
um: equalem ſe faciens deo. niſi ea
eſſet xp̄i operibus cōfirmata ſenten
tia: eam quoq̄ꝫ correxiſſet ſuſpiciōeꝫ
Nam ſi in Jeſu verbis timet euan
geliſta: ne quid ꝑperā ſuſpicemur
multo magis in aliorum ſermonibꝰ
ſi non verum id eos opinari intel
ligeret. Sed nihil dixit. Norat enī

cā fuiſſe xp̄i ſententiā. ꝙ eſſet equalis
deo: nec eos ꝓperā opinatos. Cum
igr̄ interrogaſſet Philippū. Dixit An
dreas fr̄ Simōis. Eſt puer vn⁹ hic
qui habet quinq; panes hordeaceos
⁊ duos piſces. Sed hec qd ſūt int̄
tātos? Prudētior ꝗ Philippus An
dreas. nō tamē penit⁹ rē intellexit.
Puto āt eū adductū ꝓphetaꝝ mira
culis: vt Heliſei ex panib⁹. Preceſ
ſit ḡ Andreas Philippū nō tamē in
ipm̄ cacumen euaſit. Hinc delicijs
deditī intelligāt: qd magni illi viri
⁊ admirabiles comederint: ꝗ vilis
⁊ modica coꝝ mēſa fuerit. Intuea
mur coꝝ in oībus abſtinētiā. Cū di
xiſſ; hab; quinq; panes hordeaceos
ſubdidit. S; qd hec int̄ tātos? Pu
tabat̄ enī ex paucioribus pauciora
ex pluribus plura factuꝝ miraculo
rū auctorē: in quo decipiebatur. Si
milit̄ ei ⁊ ex plurib⁹ ⁊ paucioribus
panes multiplicare poterat. neq; ei
ſubiecta materia indiget deus. Sed
ne creatura ab ipſius ſapiētia alie
na videretur vt ſecuti hoīes Mar
cionis opinione infecti calumniati
ſūt: ipa vſus eſt creatura in mira
culoꝝ ſubiectū. Et cū ambo diſcipu
li nihil ſperarent: ſignū oſtēdit. ita
ꝑus rei difficultate confeſſa: maius
lucꝝ conſeqtur. Diuina enī demon
ſtrabat̄ potētia. ⁊ cum ſignū ſuperi
ori tempe a ꝓphetis factū. licet non
eodē modo facturus: ⁊ gratias ꝑus
acturus. ne ſtulte eius imbecillita
tē opinarentur. Conſidera quonā
pacto ex omnibus mentes erigit ⁊
differētiā demōſtrat. Siqdē nō tū
viſis panib⁹: vt ītelligas q̄ n̄ſūt: ſic
ea q̄ſūt ei ſubdita eē vt Paulus te
ſtatur. Vocās que nō ſūt tanq; ea q̄
ſūt. tanq; paratis epulis ꝑcepit il
los ſtatim diſcumbere: vt hinc diſci
puloꝝ animos excitaret. Cum enī
ex ſermone illo lucrati eſſent conti

nuo paruerunt. neq; ꝑturbati ſunt
dicētes. Quid hoc eſt? Quid iubes
diſcumbere. nihil eſt paratum: ſed ā
te miraculū credere ceperunt. Et q
paulo ante a deo diffidebant: vt vn
de emeret panes neſcirent. iā fidenƭ
diſcumbere turbā faciūt. Sed quid
tandē? Cum ſanaturus eſſet parali
ticū: cum ſuſcitaturus mortuū: cum
maris ſedaturus tempeſtatē: nō a
git gratias. Hic agit: vnde oſtēdat
ante cibū gratias deo agendas. Ac
cedit ad hoc ꝙ in minoribus maxie
gratias agit: vt non indigentiam i
telligas. naz ſi indiguiſſet longe ma
gis id in maioribus feciſſet: que ſi
auctoritate ⁊ ṽtute ꝓpria opabat̄
⁊ illa opatū cōſtat. Preterea ⁊ mul
titudo magna aderat quā ꝑſuaderi
oportebat: diuina id fieri volūtate
Quāobrē cū ſolus facit ſigna nihil
eiuſmodi dicit: preſente āt multitu
dine: ne deo ⁊ patri aduerſari puta
ret̄ gratias agendo omnē penitus
aufert ſuſpicōem ⁊ dedit diſcūben
tibus ⁊ impleti ſunt. Ecce inter do
minū ⁊ ſeruū differentia. Illi enim
ad menſuram habentes gratiaz di
menſa faciebāt miracula. deus autē
abſoluta poteſtate per quā abūde o
peratur. Et ſupauerunt inquit fra
gmenta: que non fuerunt ſuperflua
ſ; ideo factum ne imaginatio que
dā exiſtimaretur. Et idcirco ex ſbie
cta quoq; materia operatus eſt.
Sed quanā gratia non dedit tur
be vt ferrent ſed diſcipulis? Quoni
am hos magis erudiri volebat. qui
totius orbis magiſtri erant futuri.
Multitudo enim parum emolumē
ti e miraculis erat conſecutura.
mox nanq; obliti ſunt ⁊ petunt ali
ud ſignum. diſcipuli plurimam con
ſecuti ſunt vtilitatem. Erat autem
et hoc non parum ad Jude dam
nationem: qui cophinum portabat

Sed ꝙ eorum eruditionis gratia
id fecerit: in ſequentibus in memo
riam his verbis reducens ſignificat
Nondum ſcitis quot cophinos ac=
cepiſtis? et ꝙ equali numero diſcipu
lis fuerint cophini fragmētoꝝ. ali
as vero cum non amplius admonē
di eſſent non xij. cophini ſed ſeptem
ſporte ſuperauerunt. Ego autēꝫ nō
panis modo copiam et multiplica=
tionem admiror: ſed ꝙ tantum que
duodecim ſportule caperent fragmē
ta ſuperfuerunt: ꝙ preuiderit quan
tum eſſent conſumpturi. Tantū enī
ſupereſſe voluit. Quod profecto ineſ
fabilis potentie eſt. Confirmarunt
igitur fragmenta miraculuꝫ: vtrun
ꝗ indicantia neq̄ imaginationem
eſſe: et ex illis que comederant ſupe
raſſe. Piſcium reliquie nulle ſuperfu
erunt. ſed poſt reſurrectioneꝫ nō am
plius eſt ſubiecta materia quāobrē?
Vt intelligas nūc materia vſuꝫ: nō
propter neceſſitatē: non ꝙ ea ꝓ fun
damento indigeret. ſed vt hereticis
ſilentium imponeret. Turbe aūt di=
cebant. Quia hic eſt vere propheta
O gule incredibilem auiditateꝫ. Ma
iora his miracula et quideꝫ innume
ra operatus eſt Jeſus: neq̄ hoc vn
ꝗ confeſſi ſunt niſi nunc exſaturati
Vnde conſtat: ꝙ prophetam aliqueꝫ
eximium expectabant. Eteniꝫ illi di
cebant. Tu es propheta. Et hi. Hic
eſt vere ꝓpheta: qui venturus eſt in
mundum. Jeſus aūt cum cognouiſ
ſet: quia venturi erant vt raperent
eum: et facerent regem: ſeceſſit iterū
in montem ipſe ſolus. Proh quanta
gule vis: ꝗ mutabilis ſententia. iaꝫ
non amplius calumniantur. nec ſab
bati tranſgreſſioneꝫ curant. neq̄ dei
zelo mouentur. oēs has curas ple
no ventre abiecerunt. ꝓpheta erat
regem volebant. chriſtus aūt fugit.
Quid tandē? vt humanarū dignita
tum contemptꝰ nos admoneret: vt
oſtenderet nullis ſecularibus rebus
indigere. q̄ enī vilia elegerat: matrē:
domum: patriā: victuꝫ: veſtimenta:
quid terrena appeteret? celeſtia illu
ſtria erāt. et magna angeli: ſtelle: pa
ter: et ſpiritus: teſtimoniū ꝑhibētes
ꝓphete ipm iampridem adnuncian
tes. Terrena omnia ei vilia erant.
vt hoc pacto clarius eius poteſtas
appareret. Seceſſit igitur in montē
eruditurꝰ nos vt ſecularia contēne=
remus: neq̄ huius vite claritudineꝫ
admiraremur. ſed contēptis his om
nibus futura optaremꝰ: complecte=
remur: amaremus. Qui enim huma
na admiratur: nulli erit in celis ad=
mirationi. Quocirca inquit Pilato
Regnum meū non eſt de hoc mūdo
ne videretur humano metu: et viri=
bus ad perſuaſioneꝫ abuti. Quare ī=
quit ꝓpheta. Ecce rex tuus venit
manſuetus: et ſedens ſuper aſinam.
Regnum ſuum non huius ſeculi. ſed
celi dicit. Propterea inquit. Gloriā
ab hominibus nō accipio. Aſſueſca
mus igitur dilectiſſimi huius ſeculi
honorem contemnere. neq̄ cuꝫ deſi
deremus. honorati ſumꝰ honore ma
ximo: cui hic comparatus infamia:
nuge: ignominia eſt. ſicut mundi diui
tie ſupernis illis collate: paupertas
et vita hec ſine illa: mors eſt. Dimit
te inquit mortuos. Hanc igitur glo
riam aucupari nolimꝰ: quā qui exhi
bent vmbre ſunt ⁊ ſomniū: et longe
ipſa gloria viliores. Gloria īquit ho
minis tanq̄ flos feni. quid flore feni
corruptibilius? Sed eſto: ſit diutur
na. Quid anime conferret? Nihil ſa
ne: verum maiorem in modū officit
quippe que ſeruos efficiat: et quideꝫ
emptis viliores. ſeruos non vni ad=
dictos domino. ſed duobus: tribus:
innumeris: quibus diuerſa imperan
tibus parent. quanto melior liberta

tis conditio eſt ꝙ̄ ſeruitutis. Dei ſer
uū ab hominum ſeruitio liberemus.
Atſi omnino gloriaꝫ queris: immoꝛ
talem aucupare: que longe vtilioꝛ ē
⁊ magisꝰ expetenda. Seculi homīes
damno tuo ſuam querunt vtilitatē
chꝛiſtus contra centupluꝫ reddit ꝙ̄
dederis: et tandē vitam eternā elar
gitur. Quid ergo ſatius? quid expe
tibilius: in terra an in celo: homini-
bus an deo: admirabilem apparere?
damnū an lucrum conſequi: ad vnā
diem an ad ſempiterna ſecula coro-
nari? Da indigenti. non hiſtrioni. ne
cū tuis pecunijs ⁊ aīam illiꝰ ꝑdas.
Tu enī ſtulta ambitione ꝑditionis
eius cauſa es. ſiquidem qui ſe in oꝛ-
cheſtra exercent: ſi artem ſuā ſine lu
cro futurā ſcirent iāpꝛidem deſtitiſ
ſent. verum cum te plaudentem ac-
currentem multa largiētē videant:
etiamſi artis pigeret: lucri cupidita
te adducuntur. Si ſcirent neminem
laudatuꝝ: non amplius irritos labo
res ſubirent. verū cum omnibus ſe
admirationi eſſe intelligāt: multitu
dinis laude alliciūt. Abſtineamꝰ di
lectiſſimi his impenſis: que nullā af
ferunt vtilitatem diſcamus in quibꝰ
et quando conſumere opoꝛteat: ne
vtrinqꝫ deum ad iram pꝛouocemus
et congregando vnde non liꝫ: ⁊ di-
ſpergendo in que non liꝫ. Qua enī
in te ira: qua vindicta indignus ſis:
cum in meretricē eroges. mendicum
expellas. nam etiamſi iuſti laboꝛis
mercedē ſolueres: nōne crimini tibi
aſcribendum eſſꝫ. mercedē ſceleri et
pꝛo merita pena honoꝛē impēdere?
Cum ſpoliatis oꝛphanis et viduis
impioꝝ luxuriā foues: conſidera qui
ignis qđ tibi ſupplicīū maneat. Au-
di Paulū. Non tm̄ hec faciūt. ſꝫ lau
dant facientes. Foꝛtaſſe acrius vos
arguimꝰ. ꝙ ſi non argueremꝰ: operū
tn̄ ſupplicia manent eos: qui nunqꝫ
emendant. Quid vtilitatis: ſi ad ve
ſtram loquerer volūtatem: cum pu
nienda ſint ſcelera? pꝛobas ſaltantē.
laudas: admiraris: nonne illo peioꝛ
efficeris? Siquidem cum inopia ex-
cuſat cui omnia videntur licere. tu
hac cares excuſatione. ille rogatus
cur alijs omiſſis artibus huic ſe de
diderit. non negabit turpem ⁊ iniu-
ſtam eſſe. ſed multa paruo laboꝛe. lu
crari dicet. tu rogatus quare luxuri
oſum: ſoꝛdidum: infamem admireris
non itidem poteris excuſari. ſed opꝰ
erit vt deiecto vultu erubeſcas. Et
ſi nobis quā reddas rationem non
habes: quomodo apud hoꝛrendum
illud tribunal et iudicium inexcuſa
bile: vbi cogitationuꝫ: verboꝛū: ope
rum omniū reddituri ſumꝰ rationeꝫ
conſtabimus? quibus oculis iudiciū
intuebimur? quid dicemꝰ? quā cauſā
quam excuſationem aptam aut ine-
ptam ſaltem excogitabimus? quā in
utilis impenſe? quam voluptatis?
quam pꝛoximoꝛū: quos illa arte per
didimus? nihil te defendet. punieris
ſine dubio. et quideꝫ: qđ omni caret
fine ſupplicio. Quod ne accidat: ſum
mo ſtudio caueamus: vt ſpe firma
hinc migrātes: ſempiterna bona cō
ſequamur. Gratia et benignitate do
mini noſtri Jeſu chꝛiſti: per quem ⁊
cum quo patri gloꝛia ⁊ ſpiritui ſan-
cto in ſecula ſeculoꝛū Amen.

## Home. xlii.

ex capitulo ſexto

Ut aūt ſero factum eſt: deſcen
derūt diſcipuli eius ad mare
et cum aſcendiſſent nauē: ve
nerunt trans mare in capharnaum
et tenebꝛe iam facte erant. et nō ve
nerat ad illos Jeſus. mare autē ma-
gno vēto flante exurgebat. Nō pꝛe-
ſens tm̄ diſcipulis ſuis Jeſus. ſed a
longe abſens. eoꝝ ſtudet vtilitati. ⁊

enim cum vbiqꝫ affluere et operari
poſſet: et contrarijs idez effecit. Cō
templare igitur. Dimiſſis diſcipulis
Jeſus aſcendit in montem. vt autez
ſero factuz eſt: deſcenderunt diſcipu
li eius ad mare. et ad veſperum vſqꝫ
Jeſu reditum expectarunt. inde ob
immenſum in eū amorez adhuc ipm
querē non ceſſant. Non dicunt. Ve
ſper eſt tenebre nos comprehendēt.
Quo ibim⁹? loca periculoſa ſunt. pe
riculoſum tempus. ſed magiſtri deſi
derio nauem aſcendunt. Neqꝫ ab re
euangeliſta tempus ſignificauit: vt
ex eo vehementiſſimam eorum dile
ctionem oſtenderet. Quamobrez au
tem dimiſit diſcipulos Jeſus: et rur
ſus apparet ſolus ſuper mare ambu
lans? Ut eos erudiret: ꝙ graue ipſis
eſſz ſolos relinqui. et maius ſui face
ret deſiderium. necnon et ſuam de
monſtraret poteſtatem. Sicut eniz
nō oēm doctrinā eis cū multitudine
communicauit. ita neqꝫ ſigna. Opor
tuit enim eos aliter initiari: quibus
cōmittenda erat cura orbis terrarū
vt aliquid amplius haberēt. Priua
tim ergo ipſi tranſfigurationem in
monte: nunc ſuper mare ambulātez
multa ⁊ miranda poſt reſurrectionē
viderunt: et alia preterea arbitror.
Fuerunt autem in capharnaū. nō ꝙ
ibi eum eſſe ſcirent. ſed inuenire: vel
inter nauigandum: opinari. Timuiſ
ſe autem eos ſignificat euangeliſta:
et a tempore. tenebre eniz iam facte
erant. ⁊ a tempeſtate. quia mare ma
gno flatu exurgebat. et a loco. qꝛ lō
ge a terra receſſerant. Cum remigaſ
ſent quaſi ſtadia xxv. aut triginta ⁊
a re incredibili. Vident enim Jeſuz
ambulantem ſuper mare. et pertur
batis eis dixit. Ego ſum nolite time
re. Sed qua gratia ita apparuit? vt
componēdē tempeſtatis autorez ſe
eſſe oſtenderet. Hoc ſignificat euan
geliſta cum inquit. Voluerunt ergo
accipere eum in nauem ⁊ ſtatim fuit
nauis ad terram quam ibant. Non
enī tutum dūtaxat. ſed ⁊ ſcdm vētū
preſtitit. Multitudini autez ſup ma
re non apparuit. nam maius ſignum
erat ꝙ eorum imbecillitas pateret.
ſed neqꝫ diſcipulis diutius ſe ita vi
dendum prebuit. ſed ſimul et viſus ē
et euanuit. Quod autem apud Ma
theum ſignum eſt. alterum fuiſſe ar
bitror. quod multipliciter conſtat.
Sepe etenim ſimilia facit ſigna. nō
tm̄ vt admirentur. ſed tāqꝫ noui ſpe
ctatores. ſed firmiter credent. Ego
ſuz nolite timere. Verbo timorē pel
lit. Non ita alias cum dixit Petr⁹.
Si tu es iube me venire ad te. ſꝫ vn
de tunc non ſtatim crediderunt. nūc
crediderunt? Quoniam tunc tempe
ſtas manebat: et agitabat nauē: nūc
vna cum voce ſedata eſt. Vel illud
prius ſignum oſtendit cuius exēplo
hoc facilius crediderunt. Quid aūt
nauem non aſcendit? Ut maius ap
pareret miraculum. et ſuam aperti⁹
reuelaret diuinitatem. neue viderēt
neceſſitate ſed benignitate ⁊ gratia
ad eos veniſſe. Et permiſit tempe
ſtatem oriri vt ab eis inquireretur.
ſedauit vt virtus ⁊ poteſtas cogno
ſceretur. non aſcendit nauem vt cla
rius eſſz miraculum. Altera aūt die.
turba que ſtabat trans mare vidit
quia nauicula alia non erat ibi niſi
vna: ⁊ quia non introiſſz ibi cum di
ſcipulis ſuis Jeſus in nauem. ſed ſo
li diſcipuli eius abiſſent. Qua de cau
ſa tanta in hoc narrando diligentia
vtitur Johannes? Ut (licz non taz
manifeſte) admoneat tamen turbaz
miraculum intelligere potuiſſe. Vi
dit inquit vnam duntaxat nauiculā
qua diſcipuli traiecerāt: et Jeſuz cū
diſcipulis non fuiſſe: ⁊ abeūtes īue
nerunt eum in capharnaum. Quid

aliud hinc erat exiſtimandum ꝙ q
mare pedibus vadauerat? non enī
alia naui traieciſſe poterat: cū vna
cum diſcipulorum appuliſſ. Uerum
nihil de tanto miraculo percontati
ſunt. Quomodo huc veniſti? ſed tm̄
quando venerit rogarūt: niſi qm̄: ꝑ
quomodo quis velit intelligi. Ope
precium autem hoc in loco conſide-
rare inſtabilem multitudinis volun-
tatem. qui enim paulo ante dixerāt.
hic eſt vere propheta: qui eum rape
re ⁊ facere regem volebant: iam re-
friguerant: ⁊ obliti miraculi: nō am
plius admirabantur. ſed querebant
arbitror alias cibum accipere. Trāſ
ierunt duce Moiſe mare rubrum iu
dei ſed magna differentia. ille tanꝙ
ſeruus ſupplicando. Jeſus propria ⁊
abſoluta poteſtate tranſiuit. illi au-
ſtro tūc ſpirante paruit aqua: ⁊ ari
dam prebuit tranſeuntibus Jeſum
nihil a ſua natura motum mare vt
dominū admirabilius pretulit: illō
teſtatum. Ambulans ſuper mare tā-
ꝙ ſuper pauimentum. Jure autem
venturus in capharnaum gentē du
ram ⁊ minime perſuaſibilem: ſignū
panis operatus eſt. non ſolum inco
lis. ſed peregrinis admirantibus: vt
eorum molliret incredulitatem. Si-
quidem cum tanta turba tanto fer
uore et ſtudio conueniſſ: nonne vel
lapis moueri debuiſſ? nō tamē mo
ti ſunt. iterum cibum querebāt. ideo
a Jeſu reprehenduntur. Nos autē
his cognitis: tum ſenſibilium tū ſpi
ritalium gratia munerum: gratias
deo agamus. Sic enim ipſe vult: et
propter hec illa dat. Imperfectiores
ſenſibilibus allicit et premonet cum
his admodum adhuc inhient: quib⁹
acceptis cū altius erigi negligunt:
grauiter accuſantur. nam et parali
tico illud primum dare voluit. ſ nō
paſſi ſunt. Siquidem cū diceret. Re

mittuntur tibi peccata tua blaſphe
miam calumniabantur. Idem nos
ſentire nolimus. Spiritaliū nobis
potior ratio ſit. Nam ſi ſpiritalia aſ-
ſequimur amiſſis corporeis nullum
patimur detrimentum. ſine illis aūt
que nobis reliqua ſpes eſt? quod ſo
latium? Quocirca ſpiritalia nobis a
deo petenda et optanda ſunt. Hec
nos poſtulanda docuit (etſi recule-
mus) in ea quā nobis oratione inſti
tuit nihil ad carnem: omnia ad ſpiri
tum pertinentia inuenimus: et ſiq-
dem in ea ſenſibile eſt: id quodāmo-
do fit ſpiritale. Nam ſi nihil ampli⁹
querimus ꝙ panem conſubſtancialē
hoc eſt quotidianum: ſpiritalis ani
mi et ſapientis eſt. Priora autē. Sā
ctificetur nomen tuū. Adueniat re
gnum tuum. Fiat voluntas tua ſi-
cut in celo ⁊ in terra: omnia ad ſpiri
tum referuntur. et poſt illam parti
culam. Panem noſtrum quotidianū
da nobis hodie: ad ſpiritū redit. Di
mitte inquit nobis debita noſtra ſi-
cut et nos dimittimus debitoribus
noſtris. Non principatum: non diui
tias: non gloriam: non potentiam: ſ
anime tm̄ vtilitatem poſtulandam.
non terrena ſed celeſtia petenda mā
dauit. Nam ſi ſecularibus, abſtinere
iubemur. que miſeria que amentia ē
ea a domino poſtulare: que habita
abijciēda: deſiderare. in quibus nul
lam omnino curam adhibendā pre
cipit? Iniuſta petimus. ideo nihil ꝓ
ficimus. Et quomodo inquis mali:
iniuſti: raptores auari: diteſcūt? Nō
deus id exhibet. Abſit ſed rapina et
cupiditate diuites efficiunt̄. Cur de
us permittit? Quoniam permiſit et
dimiſit: vt ad maius eum reſeruaret
ſupplicium. Audi quid ei dicatur. Fi
li accepiſti bona in vita tua et laza
rus ſimiliter mala. nunc autem hic
conſolatur: tu autem cruciaris. Qd

nos in delicijs et peccatis ſeculi la-
ſciuientes ne ſubeamus ſupplicium ve-
ras nobis comparemus diuitias: et
veram ſapiētiam complectamur: vt
promiſſa bona cōſequamur. Gratia
et benignitate dn̄i noſtri Jeſu xp̄i
cum quo patri gloria ⁊ ſpiritui ſan
cto in ſecula ſeculorum Amen.

## Home. xliiij.

ex capitulo ſexto

RESpondit eis Jeſus ⁊ dixit.
Amen amē dico vobis. Que
ritis me non quia vidiſtis ſi-
gna. ſed quia manducaſtis ex panib⁹
et ſaturati eſtis. Operamini nō cibū
qui perit ſed qui permanet in vitaȝ
eternaȝ. Non ſemper clementia vtē
dum eſt ⁊ lenitate. ſed ignauus diſci
pulus ⁊ igenio piguior: acrious ma
giſtri ſtimulis ab ignauia excitand⁹
eſt. quem morem ⁊ hic ⁊ alibi ſepenu
mero dei filius ſeruauit. Accedenti-
bus enim turbis ⁊ applaudentibus.
Rabbi quando huc veniſti. vt hu
manam ſe gloriam contemnere: ⁊ co
rum tantum ſalutis curā habere o-
ſtendat: aſperius reſpondet: necꝫ tā
hac ꝙ eorum animi detegēdi gratia
vt pateret omnibus. Amen inquit
amen dico vobis. Queritis me non
quia vidiſtis ſigna. ſed quia mandu
caſtis ex panibus et ſaturati eſtis.
Modeſtius coarguit: non gule ⁊ vē
tris ſeruos appellauit. non tot mira
cula: que necꝫ ſecuti erant: necꝫ ad-
mirati exprobrauit. non tam alia ꝙ
paulo ante factum miraculuȝ memi
nit. qd̄ non admirabantur. ſed quia
ſaturati erant: ſequebantur: vt iteȝ
ſaturarentur. et ea gratia reuertebā
tur. Propterea dixerūt. Patres no-
ſtri comederunt manna in deſerto.
Qꝫ eos corporeo cibo inhiare indi-
cabant. rem ſane maxime reprehen-
dendam. Jeſus autem non reprehē
ſioni tantum immoratur. ſed doctri
ne incumbit. Operamini inquit non
cibum qui perit. ſed qui permanet in
vitam eternam. quam filius homīs
dat vobis. Hunc enim pater ſigna-
uit deus. Hoc eſt. Nolite corporis
cibum curare. ſed ſpiritus. Nonnul
li auteȝ ignauie et deſidie dediti: his
verbis abutūtur: acſi chriſtus labo
rum opera tolleret. Quibus neceſſa
rio reſpondendum eſt. Totam eniȝ
vt ſic dicam: chriſtianam calumniā
tur religionem: vt ſuam ſecordiaȝ tu
eantur. Sed audiant Paulum. Re-
cordamini domini dicentis. Beati⁹
eſt dare ꝙ accipere. Atqui vnde po
teſt dare qui non habet? Quid Mar
the inquit Jeſus. Solicita es ⁊ tur
baris erga plurima. porro vnum eſt
neceſſarium. Maria optimam partē
elegit. Et iterum. Nolite curare de
craſtino. Hec omnia ſoluenda ſunt
non ſolum pigros excitemus. ſed ne
pugnare videatur diuina ſcriptura.
Etenim alibi inquit Paulus. Roga
mus autem vos fratres vt abunde
tis magis: et operam detis vt quie
ti ſitis. et vt veſtrum negotium aga
tis: et operemini manibus veſtris:
ſicut precepimus vobis: vt honeſte
ambuletis: ad eos qui foris ſūt. Et
iterum. Qui furabatur iaȝ non fure
tur: magis autem laboret operando
manibus ſuis: quod bonum eſt: vt
habeat: vnde tribuat neceſſitatem
patienti. Hic Paulus non ſimplici-
ter precipit operari. ſed ita vt indi-
genti ſubueniat. Et alibi. Et neceſſi
tatibus meis et eorum, qui mecum
ſunt: miniſtrant manus ipſe. Et ad
corinthios. Que ē ergo merces mea
vt euangelium predicans ſine ſum-
ptu ponam euangelium. et in ciuita
tem illaȝ veniens manſit apud aqlā

et priſcillam ⁊ operabatur .erant ei
ſcenofactorie artis. Hec omnia q̄n-
tum ad verba pugnare maxime vi-
dentur. Sunt ergo exponenda. Sȝ
quid dicemus? Non curare et non
operari intelligendum eſt . ne toto
animo ſecularibus rebus inhiemus:
neqꝫ de quiete craſtina tanq̄ȝ ſupua
cua cogitemus. Non licȝ aliqua hu-
iuſmodi cura operantem perturbari
Neqꝫ eniȝ idem eſt cura ⁊ operatio.
Neqꝫ vt operi cō̄fidat quiſpiā̄ ope-
retur.ſed vt cōmunicet indigē̄ti. Qꝫ
autem ad Martham locutus eſt Je
ſus:non in operando reprehenſionē̄
dixit.ſed ꝙ tempus conſiderandum
ſit ⁊ diſtribuenduȝ:ne audiendi ver
bi dei occaſio:in carnalium rerū̄ cu
ra conſumatur. Non ergo deſidiam
laudat Jeſus.ſed ad audiendum alli
cit. Ueni inquit vt vos neceſſaria
docerem.tu autem circa prandium
occuparis. Uarijs ciboruȝ generibꝰ
me vis accipere.alium cibum para.
Sermonibus meis attende. Soro-
ris deſiderium imitare . Neqꝫ coar
guebat Jeſus hoſpitalitatem. Abſit
ſed doctrine tempore :alijs non eſſe
vacandum negotijs : admonebat.
Jlla autem particula. Operamini
non cibum qui perit.non in deſidia
viuendum ſignificat .hic enim cibꝰ
eſt:qui maxime perit. Siquideȝ om
nis malicie fomes eſt d̄ſidia .ſed ope
randum et erogandum indigentibꝰ:
qui cibus minime perit. Qui pigri-
tie deditus ventri viuit.delicijs va
catis cibum operatur qui perit.qui
vero ex labore ſuo chriſtum nutrit:
potuȝ dat.veſtit.quis adeo ſenſu ca
ret vt eum cibum pereuntem dicat
operari.per quem ⁊ celeſte regnum
et illius bona nobis promittuntur.
Hic cibus perpetuus eſt. At iudei
cum nullam fidei rationem haberē̄t
cuȝ nihil cogitarent vnde ⁊ qua vir

tute ille cibus veniſſet.ſed tantuȝ ni
hil operando ſatietatem quererent:
merito huiuſmodi qui perit cibū̄ ap
pellauit. Paui vos inquit vt inde ꝑ
manentem cibuȝ quereretis:quo nu
triretur animus.vos terreno atten
ditis. Jdeo hunc vobis vilem dare
nolo:qui caducam ⁊ fluxam vitam
ſed qui ſempiternam prebeat.q̄ non
corpus.ſed animam paſcat. Sed cuȝ
magnifice de ſe locutus eſſet daturū̄
ſe cibum pollicendo.ne iterum calū̄
niandi illis materiam preberet:vt ſi
bi fidem faceret:in patrem id refert.
Nam cum dixiſſet. Quem filius ho
minis vobis dabit. Subdit. Hunc
enim pater ſignauit deꝰ. Propterea
miſit qui hunc vobis cibum ferret.
Quod et aliter poteſt interpretari.
Alibi inquit chriſtus .qui audit hoc
me ſignauit:ꝙ deus verax eſt hoc ⁊
manifeſte oſtendit. Quaȝ mihi ſigni
ficationem ⁊ in hoc loco habere vi-
detur hec particula: ſignauit pater.
hoc eſt oſtendit:⁊ ſuo reuelauit teſti
monio. Etenim ipē ſe oſtendit :⁊ iu-
deos affatus .patris in medium ꝓ-
tulit teſtimonium. Ea igitur dilectiſ
ſimi dominuȝ poſtulemus:ea oremꝰ
que iure nobis ab eo negari neque-
ant. Secularia eniȝ etſi contigerint
minime noxia ſūt.ſi vero ditabimur
hic tantum delicijs fruemur. ſi pau-
peres erimus:nihil officiet . Siq̄deȝ
neqꝫ que aut optanda in hac vita:
aut moleſta videntur ad voluptatē̄
aut triſticiam vim vllam habere de
bent.ſed vtraqꝫ contemnenda. Dif
fluunt enim q̄ȝcelerrime. quare vie
appellantur a deo:altera lata ⁊ faci
lis.altera anguſta ⁊ aſpera. Utraqꝫ
vita immortalis futura:et ſupplicij:
⁊ glorie. Ad alteram fugiendaȝ :alte
ram aſſequendam.ſummaȝ adhibea
mus diligentiam. Quenam ſeculari
um queſo voluptatuȝ vtilitas? P

die ſunt:cras elabuntur. Hodie flos
pulcerrimus:cras aridus puluis. ho
die ignis ardens. cras cinis extinct⁹
Spiritalia autē perpetuo clara flo
ridaqꝫ:et in dies ſplendidiora ꝑma
nent. Nunq̄ ille ceſſant diuitie:nun
q̄ transferuntur:nunq̄ deſinūt:nū
q̄ ſolicitudinem:inuidiam :calumni
as afferunt. Non perdunt corpus.
non corrumpunt animuꝫ que oīa
in his rapiuntur diuitijs. Gloria illa
non in ſuperbie ſtulticiam tollitur.
non tumet. nunq̄ ceſſat. nūq̄ fit ob
ſcurior. In celo voluptas ⁊ delicie
ſempiterne immortales: nullo fine:
nullo termino cōprehendende. Has
deſiderio proſequamur:preſētia om
nia pre future beatitudinis ſpe vt
ridicula (etiam in regum aulas et fa
miliaritatem) accitiꝰ contemnamus
Quibus licet nihil beatius videat.
parua tamen et vilia ⁊ nullius mo
menti ducunt : qui celeſtia animo
complectuntur. Quicquid finem ha
bet non admodum precioſum eſt. q̄c
quid ceſſat ⁊ hodie eſt: cras deſinit
etiam maximum q̄ viliſſimum eſt ex
iſtimandum. Non igitur que fugiūt
⁊ elabuntur. ſed que permanent et
nunq̄ mutātur:bona proſequamur.
vt omnes ea conſequi mereamur.
Gratia ⁊ benignitate domini noſtri
Jeſu chriſti cum quo patri gloria ſi
mul et ſpiritui ſancto in ſecula Am̄.

## Home. xliiij.

ex capitulo ſexto

DIxerunt ergo ad eum. Quid
faciemus:vt operemur opa
dei? Reſpondit Jeſus ⁊ dixit
eis. Hoc eſt opus dei:vt credatis ī
eum quem miſit ille. Dixerunt ergo
ei. Quod ergo tu facis ſignum : vt
videamus et credamus tibi? Quid
operaris? Nihil gula pernicioſius:
nihil ignominioſius eſt. hec obtuſuꝫ
et craſſuꝫ ingenium hec carnalem a
nimam reddit:hec cecat intellectuꝫ
nec ſinit vt quicq̄ perſpiciat . quod
vt in iudeis vſuuenerit intuere que
ſo. Cum enim gule inhiarent :cuꝫ ſe
cularibus affici:nihil ſpiritale contē
plarentur. multis eos verbis et acu
leis impellit:multum ſuadet neqꝫ ta
men excitantur. ſed adhuc humi ia
cent. Dixerat enīꝫ. Queritis me. nō
quia vidiſtis ſigna. ſed quia mandu
caſtis ex panibus et ſaturati eſtis.
reprehenſione eos perterruit. qui
nam querendus eſſet cibus oſtendit
Nam dicendo operamini non cibū
qui perit. addidit premium . Sed q̄
permanet in vitam eternam . et ad
id quod eis obſtabat occurrit. ꝙ a
patre miſſus ſit. Quid illi? Tanquā
nihil audiſſent:quid faciemus inqui
unt. vt operemur opera dei? Quod
dicebant non vt diſcerent et face
rent. ſed vt iterum ſaturarentur: vt
ex ſequētibus apparet. Quid ad hec
chriſtus? Hoc eſt opus dei vt creda
tis in eum:quem miſit ille. Ad hec il
li. Quod ſignum facis vt videamus
et credamus. Patres noſtri mandu
cauerunt manna in deſerto. Nihil
his ſtultius:nihil inſipientius . cum
ſignum in manibus haberet tanquā
nullum fecerit . rogant. quod ſignuꝫ
facis. neqꝫ in eius poteſtate ſignum
relinquunt. ſed neceſſario ei preſcri
būt: vt nullum aliud faciat: q̄ quod
maiorum ſuorum temporibus factū
eſt. Patres noſtri manducauerunt
manna ī deſerto. Hoc exemplo mo
ueri chriſtum arbitrati: vt idem face
ret: quo carnaliter paſcerentur . Sꝫ
quidnam nullum aliud ex prioribus
ſignis meminerunt. cuꝫ plurima tūc
temporis in egipto: in mari: in deſer
to: facta eſſēt. ſed hoc dñtarat? Quia
hoc maxime impulſu ventris deſide
rabant. Quid autem qui prophetaꝫ

eum appellaſtis:et regem facere vo
luiſtis:poſt viſum ſignum: acſi nil fe
ceritis:ingrati et perfidi facti eſtis:et
ſignum queritis paraſitoꝝ ⁊ fame
licorum more loquentes? Nunc vo
bis manna admirationi eſt. Non ad
huc anima veſtra debilitata eſt? Et
aduerte irriſionem. Non dixerunt
Moiſes ſignum fecit:tu quid facis?
perturbare eum arbitrantur.ſed ad-
huc honorifice loquūtur tibi expe-
ctatione.neq; dixerunt deus hoc fe-
cit:ne huic equalem:illo humilioꝛē
facere viderentur.ſed mediuꝫ quod
dam tenuerunt. Patres noſtri man
ducauerunt manna in deſerto. Et ꝑ
fecto ad hec chriſtus dicere potuiſſꝫ
ſe maius feciſſe miraculum:non vir-
ga:non precibus:eguiſſe.ſed propria
omnia feciſſe virtute.ꝙ ſi māna me
miniſtis:ecce panem vobis prebui.
Uerum non erat nunc his verbis
locus.ſed vnum curabat vt ad ſpiri
talem cibum eos adduceret.et conſi
dera immenſam chriſti prudentiam:
quo pacto reſpondeat. Non Moi
ſes dedit vobis panem de celo.ſed
pater meus dat vobis panem de ce
lo verum. Sed quid non dixit non
Moiſes dedit.ſed ego.ſed pro Moi
ſe deum:pro manna ſeipſum poſuit?
ꝙ̃ magna erat auditorum imbecilli
tas: vt ex ſequentibus conſtat. Et
eniꝫ ita dicendo non tamen cohibu
it. Atqui primuꝫ dixit. Queritis me
non quia vidiſtis ſigna.ſed quia mā
ducaſtis ex panibus et ſaturati eſtis
non tamen illi reprehenſi deſtiterūt
Uerum cum ſamaritane ſe aquam
daturum pollicitus eſt: patris non
meminit. Sed ſi ſcires inquit do-
num dei:et quis eſt qui dicit tibi da
mihi bibere. tu forſitan petiſſes ab
eo:et dediſſet tibi aquam viuam.
Et iterum. Aquam quam ego dabo
et non refert ad patrem.hoc autem
in loco patris meminit:vt quanta
fuerit ſamaritane fides:quanta iude
orum imbecillitas:intelligeres.non
de celo erat manna? Quomodo er-
go de celo dicitur? Quemadmoduꝫ
volucres celi:et tonuit de celo deus
Panem autꝫ ſimpliciter et non ve
rum illum appellat:non ꝙ falſum eſ
ſet in manna miraculum.ſed ꝙ figu
ra eſſꝫ:non veritas. Et cum Moiſi
meminiſſet:ſe illi non contulit: neq;
ſe adhuc illi preponit.cum maiorem
adhuc de illo haberent opinionem.
Ideo inquiens. Non Moiſes dedit
non ſe ſed patrem dediſſe teſtatus ē
Tum illi. Da nobis paneꝫ hunc. Ad
huc enim ſenſibile quiddam ſuſpica
bantur. Adhuc ventrem implere ex
pectabant. Ideo ꝙ̃primum obuiam
facti ſunt. Quid chriſtus? Alliciens
eos paulatim inquit. Panis dei eſt
qui deſcendit de celo et dat vitam
mundo.non iudeis tantum ſed vni-
uerſo orbi:neq; ſimpliciter cibum.ſꝫ
alteram quandam vitam:et legem
diuerſam.vitam autem dicit. quoni
am omnes mortui erant:illi humi re
cumbentes. Da nobis inquit hunc
panem. Cum autꝫ intelligeret chri
ſtus:ꝙ donec ſenſu perceptibileꝫ mē
ſam arbitrarentur.concurrerunt cū
ſpiritalem diſcederent. Ego inquit
ſum panis ⁊c.qui venit ad me nō
eſuriet:et qui credit in me non ſitiet
vnquam. Sed dixi vobis quia et
vidiſtis me et non credidiſtis.hoc ⁊
Johannes ſuperius predixit. Quod
nouit loquitur:et quod vidit teſta-
tur:⁊ teſtimonium eius nemo acci
pit. Et ipſe iterum. Quod ſcimus lo
quimur:et quod vidimus teſtamur:
et non creditis mihi. Quod facit p̄
occupans eos et oſtendens non p̄
terea perturbari:neq; gloriam dei
ſperare:neq; cordis arcana ignora
re:neq; preſentia neq; futura. Ego

ſum panis vite. Jaȝ ĩ myſteriorum
traditionem deuenturus eſt. et pri-
mum de diuinitate ſua ſic diſputat.
Ego ſum panis vite. Neqȝ enim de
corpore hoc dictum eſt: de quo circa
finem inquit. Panis queȝ ego dabo
caro mea eſt. ſed adhuc de diuinita-
te. Etenim illa propter deum ver-
bum panis eſt: quemadmodum hic
panis propter aduenientem ei ſpiri
tum: panis celeſtis efficitur. hic au-
tem non vtitur teſtibus. quẽadmo
dum in priori diſputatione. habebat
enim ipſum panum opus in teſtimo
niuȝ: quamuis credere diſſimularẽt
illic contradicebant et arguebant.
ideo hoc in loco ſuam decernit ſen-
tentiam. illi vero cum corporis ci-
bum ſperarent: non ſunt perturba
ti: quoad ſpe deciderunt. neqȝ tamẽ
tacuit. ſed arguit vehementer. qui
enim cum panem comederent pro-
phetam appellabant. et regem face
re volebant. Hoc in loco indignati
fabri filium dicunt. et quidem vide-
bantur indignari. ꝙ de celis deſcen
diſſe diceret. non tamen hec erat cau
ſa. ſed ꝙ corpus non paſceret. ꝙ ſi
vere indignabãtur: rogare eos opor
tebat. quomodo panis vite eſſet. q̃-
modo de celo deſcendiſſet. Nunc au
tem minime hoc rogant. ſed murmu
rant. et ꝙ hoc eos non perturbaſſet
inde perſpicuum eſt. Dicente enim
Jeſu: pater meus dat vobis panem
non dixerunt: roga vt det. ſed da no
bis panem. Atqui non dixerat: ego
do. ſed pater meus dat. Ea enĩ erat
cupiditas cibi: vt inde ſe ſaturari
poſſe arbitrarentur. Quo dato quo
modo poſtmodum ſcandalizari de-
bebant. et maxime cũ patrem dare in-
telligerent. quenam ergo cauſa? cuȝ
audirent non amplius edendum: in
credulitatis pretextum inuenerunt.

ꝙ alti⁹ loqueretur. Propterea dixit
et vidiſtis me. et nõ creditis. cum ſi-
gna tum ſcripturaȝ teſtimonia ſigni
ficant. Ille enim ſunt inquit que te-
ſtimonium perhibent de me. et ꝙ ve
ni in nomine patris mei. et non acci
pitis me. Et quomodo poteſtis cre
dere. qui ab hominibus gloriam ac-
cipitis? omne quod dat mihi pater:
ad me veniet. et eũ qui venit ad me
non eijciam foras. Vide quomodo
omnia ad hominum ſalutẽ conatur
Propterea enim hoc addidit ne cu
rioſus eſſe: et fruſtra hec dicere vide
retur. Sed quid hoc ſignificat. Om
ne qđ dat mihi pater ad me veniet
et reſuſcitem illud in nouiſſimo die?
Qua gratia cõmunis reſurrectiõis
cuius et impij participes ſunt: vt p-
cipui credentiũ in ſe muneris memi
nit? qm̃ non ſimpliciter reſurrectõis
ſed talis meminit. Nam cum pri⁹ di
xiſſȝ non eijciã. ⁊ non perdam ex eo:
mox ſubdidit reſurrectionem. In re
ſurrectione enim alij eijciũtur. vt in
quit. Tollite eũ. et mittite eũ in tene
bras exteriores. Alij perdũtur. Ti-
mete inqt magis: q̄ poteſt animã et
corp⁹ in gehennã pdere. ⁊ illud vitã
eternã do. hoc ſignificat. Ibunt enĩ
qui mala egerunt in reſurrectionem
iudicij. q̄ vero bona in reſurrectionẽ
vite. Hanc hoc in loco reſurrectionẽ
oſtendit: que eſt bonorum. Sȝ quid
ſibi vult ea particula. Omne qđ dat
mihi pater: ad me veniet? Eorũ tan
git incredulitatem. oſtendens ꝙ qui
non credunt: non ſe tantũ ſed patrẽ
offendunt. et ei⁹ trãſgrediũtur volũ
tatẽ. nõ tñ tam apte id dicit vt ſp fa
cit. ꝙ ſi hec eius voluntas eſt: et p-
pterea venit: vt ſaluum hominez fa
ceret. qui non credunt eum oppug-
nant. Cum eniȝ pater inquit aliquẽ
dirigit: nihil prohibet. cum ad me

venire. Et alibi. Nemo poteſt veni
re ad me: niſi pater traxerit eum. Et
Paulus. Ipſe tradidit eos patri. Cū
enim tradet regnum deo: et patri.
Et quemadmodum pater dando
non ſe priuat. ita et filius tradendo.
dicitur autem tradidiſſe: ꝙ per ipſm̄
acceſſum habuimus. Illa autem par
ticula. per quem: etiam de patre dici
tur. vt illic. Per quem vocati eſtis
in communicationem filij eius: et ꝑ
voluntatem patris. et iterum Bea
tus es Simon bariona. quia caro
et ſanguis non reuelauit tibi. quod
ſignificat: non paruam rem eſſe fidē.
ſed ſuperno indigere auxilio. quod
per totum euangelium generoſe eu
iuſdam anime et inſpirationis diui
ne eſſe contendit. Sed dicet fortaſſe
quiſpiam. Si omne quod dat pater
venit ad te. et quoſcunq; traxerit. ⁊
nemo poteſt venire ad te niſi datum
ſit ei deſuper. Quibus pater nō dat
ꝗ nullo crimine tenētur? Verba hec
inania et friuola. opus eſt enim vo
luntate noſtra. Doceri enim crede
re voluntatis eſt. hic autē nihil ali
ud oſtendit his verbis. Quod dat
mihi pater. ꝙ non paruū quiddam
eſſe credere: neq; humanā cogitatio
nē: ſuperna indigere reuelatione: et
anima que eā fideliter accipiat. Et
illud. Qui venit ad me ſaluus fiet.
hoc eſt multam adhibebit diligenti
am. Pro ijs veni ⁊ carnem ⁊ ſerui
formam accepi. Deinde ſubdit. De
ſcendi de celo. non vt faciam volun
tatem meam. ſed voluntatem eius ꝗ
miſit me. Quid dicis? Alia ne tua a
lia illi⁹ voluntas eſt? Ne igitur hoc
quiſpiam ſuſpicaretur addidit. Hec
eſt autem voluntas eius qui miſit
me: vt omnis qui videt filium ⁊ cre
dit in eum. habeat vitam eternam.
Hec nunquid voluntas tua eſt. Et
cur alibi dicis. ignem veni mittere
terram: et quid volui niſi vt iam ar
deat? Qđ ſi tu hoc vis: conſtat vnā
eſſe voluntatem. Etenim alio in lo
co. Sicut pater inquit ſuſcitat mor
tuos ⁊ viuificat⁹. ſic et filius quos
vult viuificat. Que eſt voluntas pa
tris? ne perdam ex eo quenq;. hoc et
tu vis. Non eſt igitur alia volūtas
et alia. Etenī alibi. Sepe volui cō
gregare filios tuos: et noluiſti. Que
ergo hec eſt ſententia? hoc eſt nō ve
ni vt aliud facerem ꝙ patris volun
tatem, neq; ego aliud ſentio. Omnia
enim que patris ſunt mea ſunt. et q̄
mea patris. Si igitur patris ⁊ filij
omnia cōmunia ſunt. non immerito i
quit. non vt faciam voluntatem me
am. Sed hoc in loco non ita inquit. ſed
in finem remittit. Alta enim et ſubli
mia: vt dixi: adhuc regit ⁊ obūbrat
Nā ſi dixiſſet voluntas mea hec eſt.
contempſiſſent illi. Dicit itaq; ſe ope
ram eius voluntati preſtare: vt eos
magis ꝑterreret. Quaſi dicat. Quid
putatis? an ꝙ me irritatis? Niſi cre
deretis: patrem meū in indignatiōem
mouetis. Hoc enī ſignificat volūta
tem eius qui miſit me. Vt omne qđ
dedit mihi non perdā ex eo. Ubi ſe
eorum non indigere obſequio: neq;
vt ſibi miniſtraret adueniſſe ſignat.
ſed ꝓpter eorum ſalutē. qđ in ſuperi
ore dixit diſputatione. Gloriam ab
hominib⁹ nō accipio. Et iterū. Hec
dico: vt vos ſalui ſitis. hoc enī oīb⁹
modis contendit perſuadere: ꝙ eo
rum ſalutis gratia aduenerit: ꝙ pa
tris gloriam querat: vt nulla de ſe
aboriatur ſuſpicio. ⁊ ꝙ hoc dicat in
ſequentib⁹ manifeſti⁹ indicauit. Qui
voluntatē ſuā querit: gloriā ꝓpriam
q̄rit. qui aūt querit gloriā eius qui
miſit illum: hic verax eſt: ⁊ iniuſticia
in illo non eſt. Hec eſt enī voluntas
patris mei: vt omnis qui videt filiū
et credit in eū: habeat vitā eternā

et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo
die. Frequenter reſurrectionis me-
minit: ne preſentibus tm̄ rebus diui
nam preſcribant prouidentiã: vt ſi
his non fruantur non propterea pi
griores fiant. neue ꝙ in hac vita nõ
puniuntur ideo contemnant ſed fu
turam expectent. Uerum illi nihil
lucrati ſunt. nos vero lucramur: cũ
frequenter noſtris auribus reſurre-
ctio inſonat. et ſi diteſcere: ſi rapere:
ſi abſurdum aliquid facere volueri-
mus: e veſtigio dies illa: et iudicium
animo inſcribatur: et omni freno ve
hementius: abſurdos affectus: cogi
tatio hec cohibebit. Atqꝫ inuicem ⁊
nobiſcum ſemper dicamus. Reſurre
ctio eſt ⁊ horrendum illud nos iudi
cium manet: et ſi quem geſtientem
viderimus ⁊ preſentibus bonis iſla
tum. idem dicamus: ⁊ reducamus in
memoriam omnia hic remanſura. et
ſi alius dolore ⁊ calamitatibus affe
ctus occurrerit: ad eum quoqꝫ iiſ-
dem verbis vtamur: doceamus ꝙ
has miſerias finem aliquando habi
turas. Inertis autem ⁊ pigri auri-
bus: iſonemus deſidie ſue penas da
turum. Sufficiens hoc verbum qđ
omni medicina noſtram animam ve
hementius curet. Eſt enim reſurre-
ctio nõ longe. ſed in portis. Adhuc
modicum iamiam veniet: et nõ tar
dabit. Et omnes oportet nos mani
feſtari ante tribunal chriſti: ⁊ malos
et bonos. illos vt merito ignominia
afficiantur. hos vt in gloria effulge
ant. Queadmodũ eñi in hac vita iu
dices: malos ſupplicio: bonos hono-
re publice afficiunt: ita ⁊ illic: vt ma
los maior ignominia: bonos clarior
gloria conſequatur. Hec nos ſingul
dieb⁹ noſtris mẽtib⁹ ſuſcribam⁹. hec
ſp̄ animo verſem⁹. Hoc pacto nulla
nos preſentiũ cura poterit perturbare
nã q̄ videntur caduca ſunt. q̄ nõ vi-
dentur eterna. Hec inquã frequen
ter nobiſcum loquamur: et cũ alijs
Reſurrectio eſt ⁊ iudicium ⁊ operũ
examina. Et quicunqꝫ fatum eſſe ar
bitrantur. hoc dicant: et mox huius
morbi tabe curabuntur. Nam ſi re-
ſurrectio eſt et iudicium: non eſt fa
tum: quamuis plurimum id conten
dant. Atqui chriſtianos reſurrectio-
nis admonere erubeſco. Qui enim
docendus eſt eſſe reſurrectionem: et
ſibi non omnino perſuadet: ꝙ nõ ne-
ceſſario et ſimpliciter et vtcunqꝫ cõ
tigerit res ferantur. is profecto non
eſt chriſtianus. Quamobrem hortor
vos et oro: omni vos malicia mun
dos reddamus: et omnia faciamus:
vt veniam conſequamur: et excuſa-
tio noſtra admittatur in illa die. Sz
dicet fortaſſe quiſpiam. Et quando
finis? Quando erit reſurrectio? Ec
ce quantum temporis preterijt: ⁊ ni
hil tale contigit. Sed erit credite.
Etenim ante diluuium et hos incre
dulos reprehendit: qui credidit. is
ſolus liberatus eſt. et temporibus
Loth diram illam plagam non ex-
pectabant: donec fulgura illa et ful
mina delati omnes perdiderunt. Ne
qꝫ his neqꝫ temporibus Noe ne mi
nima quidem futurorum malorum
particula contigit. ſed quemadmo-
dum cum delicijs et ebrietati indul
gentes: meritum repente ſupplicium
oppreſſit. ita et reſurrectio non in
principio ſed in medio felicitatis ſu
perueniet. Ideo Paulus inquit.
Cum enim dicent pacem ⁊ ſecurita
tem: tunc repentinus eis ſuperueniet
interitus. ſicut ⁊ dolor in vtero ha
bentis et non fugient. Hoc autem
fit: vt ſemper ſimus in timore et nũ
ꝙ confidamus. Quid dicis. non ex-
pectandam futuram reſurrectionem
et iudicium. Demones hec confi-
tentur: et tu confiteri erubeſcis?

Veniſti ĩquit huc vt nos cruciares
ante tempus. Qui futurū cruciatuz
dicunt: ⁊ iudiciū et examen ⁊ ſuppli
cium futurum intelligunt. Nolim⁹
ergo prouocare deum ſtulta auden
do reſurrectioni diffidentes. quē ad
modum in alijs nobis principiuz fu
it chriſtus: ita et in hoc. Siquidem
primogenit⁹. idcirco dicitur ex mor
tuis. Ce ſi reſurrectio non eſt. quō p̄
mogenitus eſſet mortuorum. cuz ne
mo poſt ipſum reſurgeret? Quō dei
iuſticia ſeruaretur: tot malis in feli
citate: tot bonis in miſeria: vitā de
gentibus: vbi quiſq; ſecundum meri
ta remunerabitur? Nemo recte vi
uentium reſurrectioni diffidit. ſed q̄
tidie precantur: ſanctam illam vocē
proferentes. Adueniat regnum tuū
Qui ſunt igitur qui reſurrectionem
non credunt? qui ſceleſti inquinataz
vitam ⁊ impuram viuūt vt prophe
ta inquit. Inquinate ſunt vie eius ĩ
omni tempore. auferuntur iudicia
tua a facie eius. Non poteſt: nō po
teſt inquam homo pure viuere: qui
non credit reſurrectionem: vt qui
nullius ſibi conſcij ſunt criminis: eaz
non modo profitentur: ſed ⁊ volūt:
et credunt: vt remunerationem ac
cipiant. Nolimus ergo deum prouo
care. ſed et audiamus dicentem. Ti
mete qui poteſt animam et corpus
perdere in gehennam: vt metu meli
ores: et hoc malo liberati: regno ce
lorum digni efficiamur: quod vtinā
omnes conſequamur. Gratia ⁊ beni
gnitate domini noſtri Ieſu chriſti p̄
quem ⁊ cum quo patri gloria ſimul
⁊ ſempiterno ſancto q; ⁊ viuificanti
ſpiritui ſancto in ſecula Amen.

## Home. xlv

ex capitulo ſexto.

Murmurabant ergo iudei de
illo quia dixiſſz. ego ſum pa
nis qui de celo deſcendi ⁊ di
cebant. Nonne hic eſt Ieſus filius
Ioſeph cuius nos nouimus ⁊ patrē
⁊ matrez? Quō ergo dicit hic quia
de celo deſcendi? Quorū de⁹ vent
et gloria in ignominia eorum inquit
Paulus d̄ iudeis: quod ex predictis
conſtat: et ex ſermone quem ad chri
ſtum accedentes habuerunt. naz cū
pane ſaturati ſunt prophetam appel
labant: ⁊ regem facere cogitabant.
cum vero ſpiritalem cibum ⁊ vitam
etnā edocti: et a ſenſu abducti: reſur
rectionē ⁊ altiora acceperūt. cūq; ma
xime admirari eos oportuerat. tūc
murmurabant: ⁊ reſiliebant. Atqui
ſi hic ē propheta vt dicebatis. Hic
eſt de quo inquit Moiſes: p̄phetam
vobis ſuſcitabit dominus deus de
fratribus veſtris: tanq̄ meipſuz au
dite. oportuit ipſum audire dicentē
de celo deſcendi. nō tamen audiebāt
ſed murmurabant. adhuc enim euz
verebantur propter nouum panis
ſignum. ideo non manifeſte cōtradi
xerunt. ſed murmurando indignatio
nem pre ſe tulerunt: q͏̄ cibuz non ac
cepiſſent quem cupiebant. Murmu
rabant ergo et dicebant. Nonne h̄
eſt filius Ioſeph? Ex quo perſpicuū
eſt q͏̄ nondum admirabilem ei⁹ no
rant generationem. Idcirco adhuc
Ioſeph eum filiuz dicunt. Neq; ne
gat chriſtus q͏̄ eſſz. ſed nondum illi
tantam rez audire poterant: neq; ſe
cūdum carnem quidez. Ce ſi nō hāc
longe minus ſupernam illā ⁊ ineffa
bilē generationē. Si rē humiliorem
nō aperuit: multo min⁹ illā. Atq h̄
eos maxime perturbabat: q͏̄ vili pa
tre ⁊ fabro natus eſſz. Non tamen
chriſtus rem ipſaz ſubticuit: ne alio
ſublato: aliud ſcandalū excitaſſz. Sz

quid murmurantibus illis chriſtus.
Nemo poteſt venire ad me niſi pa
ter qui miſit me traxerit eum. Hic ī
ſurgunt manichei. Nihil nos/ ex no
bis ipis poſſe. huius particule teſti
monio cōtendētes. Sed plane nos
poſſe que volumus per hoc oſtendi
tur. Inquiunt enim. Si quis venit
ad eum quid opus eſt: vt trahatur?
Uerum hoc noſtrum non tollit arbi
trium. ſed diuino egere auxilio oſten
dit: et non inuituȝ: ſed omni conatu
contendentem venire. Inde quo pa
cto trahat: ne quid ſenſibile de eo ſu
ſpicarentur. his verbis proſequitur.
Non quia patrem vidit qſqȝ: niſi is
qui eſt a deo hic vidit patrem. Quō
trahat inquit. Hoc ꝓpheta predixe
rat. ꝙ erunt omnes docibiles dei. Ui
des fidei dignitatem? ꝙ non ab ho
minibus neqȝ per hominem: ſed per
ipſum deuȝ ea imbuendi ſunt. Idcir
co vt fidem verbis ſuis comparet
eos ad prophetas relegat. Nam ſi
erūt omnes docibiles dei: quare ali
qui non credunt? Qm̄ hoc de pluri
bus dictum eſt. Et preterea illud ꝓ
pheticuȝ omnes volentes ſignificat
Magiſter enim omnibus ꝓponitur
paratus ad docendum et cōmunicā
dum doctrinam ſuam. Et ego reſu
ſcitabo eum in nouiſſimo die. Non
parua hoc in loco filij dignitas. Si
quideȝ pater trahit: et hic reſuſcitat
Neqȝ diuidit patris et filij opera.
Quonam enim pacto? ſed poteſtatis
equalitatem oſtendit. vt in illo loco
Et qui miſit me pater teſtimonium
perhibet de me. Quod ne rogando
inſiſterent: ad ſcripturas relegauit.
ita hoc in loco. ne quid ſuſpicaren
tur ad prophetas. frequenter oſtēdēs
ſe patri non eſſe contrariū. Quid āt
qui antehac fuerunt? Nūquid doci
biles erant dei? Quid hoc in loco ex
imiū eſt? Qꝛ tunc per homines res
diuinas docebantur. nūc per vnige
nitum et ſpūm ſanctum. Deinde īqt.
Non quia patrem vidit quiſqȝ: niſi
is qui a deo eſt. Non ſcd̄m cauſe ra
tionem hic loquitur. ſed ſm̄ modum
ſubſtantie. Naȝ ſi diceret. Omnes a
deo ſumus. vbi preſtantia ⁊ differen
tia filij? Sed quare non apertius di
xit? Propter illorum imbecillitatem
Etenim ſi dicendo de celo deſcendi:
tantum ſcandalizati ſunt. Quidnaȝ
feciſſent ſi id addidiſſet? Panem au
tem vite ſeipm̄ appellat. qm̄ vitā no
ſtram et hanc et futuraȝ corroborat
Et inquit. Si quis manducauerit
ex hoc pane: viuet in eternum. Pa
nem vero ſiue doctrinam hoc in lo
co: et ſalutem et fidem in ſe: ſiue cor
pus ſuum dicit. Utrunqȝ enim ani
mam fortiorem reddit. Atqui alibi
dixit. Si quis ſermonem meum au
dierit mortem non guſtabit: ⁊ ꝑtur
bati ſunt. hic non itidem. quia iam
ob panis miraculum eum reuerebā
tur. Animaduerte autem quā faciat
huius panis ⁊ māne differentiaȝ. ab
vtriuſqȝ ſcilicȝ fine. Qꝛ enim manna
nihil magnum preberet: addidit. Pa
tres veſtri manducauerunt manna
ī deſerto ⁊ mortui ſūt. Iā ſubdit maxi
mam perſuaſionem: ꝙ longe pluris:
maioribus illis patribus Moiſe et
claris illorum temporum viris: ipſi
habiti ſint. Cum enim dixiſſet mor
tuos qui manna comediſſent. proſe
cutus eſt. Hic eſt panis de celo de
ſcēdēs: vt ſi qs ex ipo māducauerit
non moriatur. Ego ſū panis viuus
qui de celo deſcendi: qui manducat
ex hoc pane viuet ī etnū. Illa p̄tea
particula: in deſerto: manna nō diu
duraſſe: neqȝ in terrā ꝓmiſſionis ve
niſſe ſignificat. Hic aūt panis nō ēſt
ei⁹modi. Et panis q ē ego dabo ca
ro mea ē ꝓ mundi vita. Merito hoc
in loco dubitare qſpiā poſſȝ cur hec

nunc chriſt⁹ loqueretur.cū nihil ꝓfi
ceret:nihil edificaret.imo eſſet edifi-
catis nocumento.Ex hoc enī inqt
multi ex diſcipulis ſuis retro abierūt
Et dur⁹ eſt hic ſermo q̄s poteſt eum
audire?Erant igitur hec ſolis diſci-
pulis ꝯmunicāda vt Mathe⁹ ꝓuati
cū ipſis loqui teſtatur?Quid ad hoc
dicem⁹?Quenā hoꝝ verborum vtili
tas?Magna quidē ⁊ neceſſaria.Cū
enī in petendo cibo inſtarent:et pa
tribus ſuis datū memorarent:⁊ mā
na tāq̄ magnum quiddā laudarent.
omnia illa figurā ⁊ vmbrā fuiſſe.reꝝ
aūt veritatē p̄ntem oſtendit.Ideo
ſpiritalis cibi meminit.Sꝫ erat in-
quit dicendum.Patres veſtri mādu
cauerunt manna in deſerto.ego aūt
vobis panem prebui.Sꝫ magna ſa
ne differentia.minus enī hoc q̄ illō
viſum eſſꝫ.Māne miraculum extuliſ
ſet:ſuū de panib⁹ depreſſiſſꝫ.Cū ergo
de celo cibū quererent:ideo frequen
ter de celo ſe deſcendiſſe teſtatur.Qꝫ
ſi quis percontaretur:cur myſterio-
rum ſermonem adduxerit:reſponde
bim⁹:ꝙ horū nunc maxime tempus
erat.Obſcurius enī dictum ſemꝑ au
ditorem erigit:et attentioreꝫ reddit
Non ergo pertubari debebant.ſed
interrogare ⁊ querere.Sed abierūt
Qꝫ ſi prophetam eum arbitrabātur
credere eius verbis oportebat.Ita
q̄ ſtulticia ſua:non ſermonis chriſti
obſcuritate perturbabātur.Tu aūt
conſidera quomodo eos ad ſe paula
tim trahit.Nam ſe non patrem de-
diſſe dicit.Et panis quem ego dabo
caro mea eſt pro mundi vita.Sꝫ ali
ena quedam doctrina erat inquies ⁊
diuerſa.Atqui Johānes ſuperi⁹ hoc
ſignificauit agnum ipm̄ appellans.ſꝫ
non intellexerunt.Non me latet.nō
tamen diſcipuli diffidebant.Nam ſi
de reſurrectione nondum quicq̄ no
rant:et propterea ignorabant quid
ſibi vellet.Soluite templum hoc et
in tribus diebus ſuſcitabo illud.mul
to magis que hic dicuntur que ob-
ſcuriora ſunt.Qꝫ enim prophete ſu-
ſcitaſſent norant:q̄uis non tam ma
nifeſte locute ſint ſcripture.ꝙ auteꝫ
carnem quis comederit:nunq̄ quiſ
q̄ illorum dixerat.Veruntamen ꝑ-
ſuaſi ſunt:et ſequebantur:et habere
eum verba vite confitebātur.Hoc
diſcipuli eſt que magiſter aſſerit nō
curioſius inueſtigare.ſed audire et
credere:et idoneum ſolutionis tem
pus expectare.Quid igitur aūt cō-
trarium accidiſſe?Abierunt retro.
hoc propter eorum ſtulticiam.Quā
do enim ſubit queſtio quomodo ali
quid fiat:ſimul ſubit incredulitas.
Ita ⁊ Nicodem⁹ perturbatus eſt in
quiens.Quō poteſt homo in ventrē
matris ſue iterato introire?Itidem
⁊ hi nunc.Quō poteſt hic nobis car
nem ſuam dare ad māducāduꝫ?Nā
ſi hoc inquiris.cur non idem in q̄n-
q̄ panum miraculo dixiſti?Quomo
do eos in tātum auxit?Quia tūc tm̄
ſaturari curabāt:non cōſiderare mi
raculum.Sed res ipſa tunc docuit i-
quies.Ergo ex eo ⁊ hec credē opoꝛ
tuit ei facilia factu eſſe.Propterea
id prius fecit miraculum:vt per illō
non eſſent amplius increduli ijs q̄
poſtmodum diceret.Illi quideꝫ tūc
temporis nihil ex ijs dictis:nos ipi⁹
beneficij vtilitatem:cepimus.Qua-
re neceſſario dicendum q̄ admiran-
da myſteria:et cur data ſint.et que-
nam eorum vtilitas.Unum corpus
ſumus:et membra ex carne ⁊ oſſib⁹
eius.Quare initiati eius preceptis
parere debent.Ut autem non ſolum
per dilectionem.ſed re ipſa in illam
carnem conuertamur:per cibum id
efficitur quē nobis largitus eſt.Cū
enim ſuum in nos amorem indicare
vellet:per corpus ſuū ſe nobis com

miſcuit:et in vnum nobiſcū redegit:
vt corpus cuꝫ capite vniretur Hoc
enim amantium maxime eſt. Hoc
Job ſignificabat de ſeruis quibꝰ ma
xime amabatur:qui ſuum amoreꝫ p̄
ſe ferentes dicebant. Quis daret no
bis vt eius carnibus impleremur.
Quod chriſtus fecit: vt maiori nos
charitate abſtringeret:⁊ vt ſuum in
nos oſtenderet deſiderium:non ſe tā
tum videri permittens deſideranti-
bus.ſed et tangi ⁊ manducari:⁊ den
tes carni ſue īfigi:et deſiderio ſui om
nes impleri. Ab illa igitur menſa tā
q̄ꝫ leones ignem ſpirantes :ſurgamꝰ
diabolo formidoloſi:⁊ caput noſtrū
intelligamus:⁊ quā in nos pre ſe tu
lit charitateꝫ. Parētes ſepenumero
liberos ſuos alijs alendos dederunt
Ego autem mea carne alo.me ijs ex
hibeo:omnibus faueo:omnibꝰ opti
mam de futuris ſpem prebeo . Qui ī
hac vita ita ſe nobis exhibet:multo
magis in futura. Veſter ego frater
eſſe volui.communicaui carnem p-
pter vos et ſanguinem: et per que
vobis coniunctus ſum:ea rurſus vo
bis exhibui . Hic ſanguis facit vt
imago in nobis regia floreat. Hic
ſanguis pulcritudinem atq̄ꝫ nobili
tatem anime:quam ſemper irrigat ⁊
nutrit:langueſcere non ſinit. San-
guis enim a cibo non fit repente.ſed
prius aliud quiddam.hic q̄ꝫprimum
irrigat animam:eam q̄ꝫ vi quadam
magna imbuit. Hic myſticꝰ ſanguis
demones procul pellit:angelos ⁊ an
gelorum dominuꝫ ad nos allicit. De
mones enim cum dominicuꝫ ſangui
nem in nobis vident :in fugam ver-
tuntur :angeli autem procurrunt .
Hic ſanguis effuſus: vniuerſum ab-
luit orbem terrarum .de quo multa
Paulus ad hebreos proſecutus eſt.
Hic ſanguis abdita et ſancta ſancto
rum purgabat. Q ſi eius figura tan

tam habuit vim in templo hebreo
ruꝫ:in media egipto liminibus aſper
ſus.longe magis veritas . Hic ſan-
guis aureum altare ſignificauit. Si
ne hoc princeps ſacerdotuꝫ in pene
tralia ingredi non audebat. Hic ſan
guis ſacerdotes faciebat.hic ſāguis
in figura peccata purgabat .in qua
ſi tantam habuit vim.ſi vmbraꝫ ita
mors horruit : quantopere queſo
ipſam formidabit veritatem ! Hic
noſtrarum animarum ſalus eſt.hoc
lauatur anima.hoc ornatur:hoc in-
cenditur.hic igne clariorem noſtraꝫ
menteꝫ reddit:et auro ſplendidiorē
Huius ſanguinis effuſio celum per-
uium fecit. Admiranda ſane eccleſie
myſteria:admirabile ſacrarium. Ex
paradiſo fons ſcaturijt:a quo ſenſi-
biles fluuij emanarent. A menſa hac
prodijt fons qui fluuios ſpiritales
diffūdit.iuxta hūc fōtē non ſteriles
ſalices germinant.ſed quercus celū
ipſum attingentes:que fructus tem
peſtiuos et ſolidos ſemper producūt
Si quis eſtuat:ad hunc fontem ſe
pferat et recreabit . Mūdat ſq̄lorē ⁊
ſordes eſtꝰ mitigat ñ ſolares. ſꝫ q̄s ig
nite ſagitte īprimunt. Etenī ortū ſu
um ſuperne habet:inde radicem vn
de irrigatur . Multi huius fontis ri
ui:quos paraclitus diffundit et filiꝰ
arbiter eſt.neq̄ꝫ bidente aut ligone
viam facit.ſed animos noſtros ape
rit. Hic fons lucis diffundens ra-
dios veritatis. hic ſuperne aſtite-
runt virtutes fluctuum eius pulcri
tudinem inſpicientes . Nam manife
ſtius q̄ꝫ nos ille propoſitorum virtu
tem et fulgorem inacceſſibilē intuen
tur. Quemadmodum enim ſiquis li
quefacto auro manū vel linguā inij-
ciat q̄ꝫprimuꝫ deauratur.ita hec no
bis propoſita:animā aureaꝫ reddūt
Reſurgit enim vehementiꝰ igne flu
uiꝰ:neq̄ꝫ incendit.ſed abluit tantum

quicq̄d ꝯprehenderit. Hic ſanguis
prefiguratus eſt ſemper in altarib⁹:
in iuſtorum cedibus. Hic orbis ter
rarum decus eſt. Hic eſt quo chriſt⁹
emit quo vniuerſam ornauit eccleſi
am. Ut eniȝ homo ſeruos auro emit
et ornat: ita nos ſanguie ſuo chriſt⁹
Qui hui⁹ ſanguinis ſunt participes
cum angelis: ⁊ archangelis: ⁊ ſuper-
nis virtutibus cōmorantur. ipaȝ re
giaȝ chriſti ſtolam induti: ſpiritalib⁹
armis muniti. Sed nihil dixi: imo
ipm̄ induti ſunt regē. Sed ſicut ma
gnum eſt ⁊ admirabile ita ſi pure ac
ceſſeris: ad ſalutem acceſſiſti: ſin pra
ua conſcientia ad penam et ſupplicium
Qui eniȝ manducat ⁊ bibit indigne
ſanguinem domini: iudicium ſibi mā
ducat et bibit. Nam ſiqui regiā pur
puram coinquinant. haud ſecus q̄ȝ
qui ſcindunt: puniuntur. Quid miꝝ
ſiqui īmunda conſcientia chriſti cor
pus accipiunt idem ſupplicium ſube
ant: quod qui cum clauis cruci affi-
xerunt? Uide q̄ȝ formidandaȝ penā
ijs minetur Paulus. Irritam quis
faciens legeȝ Moiſi ſine vlla miſera
tione duobus vel tribus teſtib⁹ mo
ritur: quanto magis putatis deteri
ora mereri ſupplicia qui filiuȝ dei cō
culcauit: et ſanguinem teſtamenti
pollutum duxerit: in quo ſanctifica-
tus eſt? Conſideremus igitur rē no
ſtram dilectiſſimi cū tantis fruamur
bonis: et cum turpe aliquod animū
ſubit. cum ira vel re vel verbis rapi
mur. quid mereamur: quem ſpirituȝ
acceperimus: nobiſcum reputemus.
et irratiōabiles noſtros cohibeam⁹
affectus. Hec cogitatio noſtra ſit.
Quouſq; rebus preſentibus incum
bemus? Quouſq; non excitabimur?
Quouſq; nullam ſaluti noſtre curaȝ
adhibebim⁹? Intelligamus quot in
nos beneficia cōtulit chriſtus Gra
tias habeam⁹. glorificemus. nō fide
tm̄: ſed et operibus. vt futura bona
conſequamur. Gratia et benignita-
te domini noſtri Jeſu chriſti: ꝑ quē
⁊ cū quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui
ſancto in ſecula Amen.

## Home. xlvi

ex capitulo ſexto

Dixit ergo eis ieſus. amē amē
dico vobis. Niſi manducaue
ritis carnem filij hominis et
biberitis eius ſanguinem: non habe
bitis vitam in vobis. Qui mandu
cat carnem meam: et bibit ſanguinē
meū habet vitam eternā. Cuȝ de
rebus ſpiritalibus diſputam⁹: nihil
ſeculare ſit in animis noſtris: nihil
terrenum. ſed oīa huiōi abeant: oīa
relegentur. Diuinos dūtaxat ſermo
nes audiamus. Nam ſi adueniente
rege omnis ſedatur tumultus: mul
to magis ſpiritu nos alloquēte: mul
to nobis ſilentio: multa admiratiōe
opus eſt. Admiratione nanq; digna
ſunt que hodie exponuntur. Amen
inquit amen dico vobis. Niſi man
ducaueritis carnem meam: et biberi
tis ſanguinē meū: non habebitis vi
tam in vobis. Eteniȝ cū id fieri poſ
ſe negarent: non ſolum non impoſſi-
bile: ſed ⁊ neceſſariū aſſerit. Qui mā
ducat carnem meam: et bibit ſangui
nem meum: habȝ vitam eternam: et
ego reſuſcitabo euȝ in nouiſſimo die.
Nā cū dixiſſȝ. Si quis manducaue
rit ex hoc pane non morietur ī eter
num. et credibile eſſet eos dicturos
quemadmodum ſuperius. Abraam
mortuus eſt et ꝓphete mortui ſunt:
⁊ quō tu dicis non guſtabit mortē?
Reſurrectionem ponit: per quaȝ ſol
uit queſtionem: q̄ non morietur in
fine. Frequenter autem in myſterijs
verſatur: ⁊ omnino id fieri oportere
demonſtrat. Quid autem ſignat Ca
ro mea vere eſt cib⁹: et ſanguis me⁹

vere eſt potus? Aut ꝙ is eſt verus
cibus qui ſaluat animam: aut vt eos
in predictis cõfirmet: ne obſcure lo
cutum in parabolis arbitrarentur.
Inde inquit. Qui manducat carnē
meam: et bibit ſanguinem meum in
me manet. quod dicit vt cum ipſo
ſe admiſceri oſtendat. Quod autez ſe
quitur non bene ſuperioribus iungi
videtur. Queramus igitur quenam
hec ſit conſequentia. Cum dixiſſet: q
manducat carnem meam: et bibit ſã
guinem meum in me manet: non ab
ſurde proſequitur. Sicut miſit me
viuens pater. et ego viuo ꝓpter pa
trem. nã cum ſepe repetiſſet vitam
eternã ad id confirmanduz addidit
in me manet. Si in me manet: ⁊ ego
viuo: ⁊ qui me ſumit: victurum per
picuum eſt. Inde inquit. Sicut
miſit me viuens pater: et ego vi
uo propter patrem. Hec compara
tio eſt ⁊ ſimilitudo. Hoc eſt. Viuo:
ego ⁊ pater. Et ne ingenitum arbi
trareris: addidit. Propter patrem.
non ꝙ operationis alicuius neceſſi
tatem ad vitã habeat. Superius eī
eã amouit ſuſpitionez. Sicut pater
habet in ſemetipſo. ſic dedit ⁊ filio
vitam habere in ſemetipſo. Ac ſi ope
ratione indigeret. inuenietur aut pa
ter non ita dediſſe: ⁊ falſa eſſz oratio
aut ſi ita dedit: nullo alio indigebat
auxilio. Quid ergo ſignat ꝓpter pa
trem? cauſam tm̃. Sicut viuit pater
ita et ego. Et qui manducat me: et
ille viuit propter me. Vitam autem
in hoc loco non qualencunqꝫ. ſed
probatam dicit: quod inde conſtat.
ꝙ et infideles omnes: ⁊ non initiati
et qui eius carnem non manducant
viuũt tñ. Quare minime dubiũ eſt:
quin illam intelligit. Dicit ergo qui
manducat carnem meã in morte nõ
peribit. neqꝫ damnabitur. Sz de cõ
muni dicit reſurrectione: ſiquidē om

nes reſurgent. ſed de clara illa ⁊ glo
rioſa: que premiuz meretur. Patres
veſtri manducauerunt manna ī de
ſerto ⁊ mortui ſunt. Qui manducat
hunc panem viuet in eternum. Fre
quenter idem repetit: vt auditorum
animis imprimatur. Vltima enī hec
erit doctrina: vt reſurrectionis ⁊ eter
ne vite fidem confirmaret. Quocir
ca poſt vite eterne promiſſionem: re
ſurrectionē proponit: poſt quã illaz
futuram oſtendit. Et vnde hoc con
ſtat? A ſcripturis ad quas eos ſemꝑ
relegat vt inde erudiantur. Cuz au
tem dare vitã mundo dicit: in emu
lationem eos adducit vt ſi aliorum
bono mouentur: nolint ipſi excludi.
Frequenter aũt manne meminit et
differentiam conferendo: ad fidē al
licit. Naz ſi poſſibile fuit vt quadra
ginta annos ſine meſſibus ⁊ frumen
to: ⁊ alijs ad victum neceſſarijs vi
uerent: longe magis nũc cum ad ma
iora venerint. Naz ſi in illis figuris
ſine labore expoſitum colligebant:
nũc profecto magis. vbi nulla mors
et vere vite fruitio. Vite autez vbi
q̄ꝫ meminit. naz eius trahimur cupi
ditate: ⁊ nihil ſuauius q̄ꝫ non mori.
Etenim in veteri teſtamento longa
vita et multi dies promittebantur.
nunc vero non ſimpliciter vite lon
gitudo: ſed uita ſine fine ꝓmittitur. ſi
mul ⁊ oſtendere vult ꝙ ex peccato
ſupplicium. nunc reuocat ⁊ ſententiã
illam mortis ſoluendo ⁊ vite ſempi
terne inducendo: contra ſuꝑiorum
temporum inſtitutionem. Hoc dicit
in ſynagoga docens in capharnauz
vbi multa miracula fecerat. q̄re ma
xime audiendus erat. Quanã autez
gratia in ſynagoga docuit ⁊ in tem
plo? Cum vt multitudinez traheret
tum ne patri contrariũ ſe eſſe oſten
deret. Multi ergo ex diſcipulis eius
audientes dixerũt. Durus eſt ſermo

hic .hoc eſt aſper difficilis intellectu
Atqui nihil tale dicebat. Neq; eniz
de vita ſed ꝺ̃ doctrina diſſerebat: vt
in ſui fidem traheret . Quid ergo du
rus eſt ſermo. Num ꝙ vitam adnun
ciat ⁊ reſurrectionem ? Vel ex celo ſe
dixerit deſcendiſſe? An ꝙ ſaluus fie
ri nemo poſſz: qui eius carnē nō mā
ducaret? Nuz hec dura ſunt? Et ꝗs
dixerit? Quid ergo eſt durus ? Diffi
cilis intellectu: ⁊ quē cape coꝛuz nō
poſſz imbecillitas: plen⁹ formidinis
Putabant eī cū ſupra vires ſuas lo
qui. Et dicebant. Quis poteſt eum
audire? Pro ſe reſpondētes . cū eſſēt
diſceſſuri. Sciens autem Jeſus apꝺ̃
ſemetipm̄ quia murmurabāt de hoc
diſcipuli eius (Hoc enī eius erat di
uinitatis argumentum: ꝙ cordis ſe
creta reuelaret) dixit eis. Hoc vos
ſcandalizat? Si ergo videritis filiū
hominis aſcendentem vbi erat pri⁹.
Idem ⁊ ad Nathanael quia dixi ti
bi īquit. Vidi te ſub ficu: credis ma
ius his videbis. Et ad Nicodemū.
Nemo aſcendit in celum niſi fili⁹ ho
minis qui ī celis eſt . Quid igitur du
bitationes dubitationib⁹ annectis?
Minime. Abſit hoc. ſed doctrine ma
gnitudine ⁊ copia eos allicere cona
tur. Si eniz ſimpliciter dixiſſz de ce
lo deſcendi: neq; aliud addidiſſz: ma
gis perturbaſſet auditores. cum aūt
addidit ſuū corpus mundi vitam eē
Et ſicut miſit me viuens pat̄ ⁊ ego
viuo ꝓpter patrez. omnē ſoluit dubi
tationem. Nam qui magnum aliqꝺ̃
de ſe predicat: ⁊ fingēdi ſuſpicio ſub
eat: tollitur tn̄ ſi plura ad eius cōfir
mationem colligātur . Omnia autez
⁊ facit ⁊ dicit ne Joſeph filius exiſti
metur. Non vt ſcandalum augeat.
ſed vt tollat. Nam ſi Joſeph filium
putaſſent: nullā eius verbis fidē ad
hibuiſſent. Si de celo deſcendiſſe: et
illuc aſcenſurum audiſſent attenti⁹.

Inde aliam adducit ſolutionē. Spi
ritus inquit eſt qui viuificat. caro n̄
prodeſt quicq̄;. Hoc eſt . Scd̄m ſpi
ritum verba mea audienda ſūt. Qui
ſm̄ carnem audit nihil lucratur: ni
hil vtilitatis accipit . Carnale ē du
bitare: quō de celo deſcendit ⁊ Jo
ſeph filium arbitrari: et quō poſſit
nobis carnem ſuā dare ad manducā
dum. Hec inquā omnia carnalia: q̄
myſtice ⁊ ſpiritaliter intelligenda ſt
Et quō potuerunt intelligere quid
eſſz carnē māducare? Expectare igi
tur eos opoꝛtuit: non diſcedere inte
rogare: non deſperare. Verba q̄ ego
locut⁹ ſum vobis ſpūs ⁊ vita ſunt.
Spūs hoc eſt ſpiritalia: nihil carna
le: nullam naturalem conſequētiam
habentia. ſed omni hac terrena ne
ceſſitate: ⁊ huius vite legib⁹ libera.
Eſt ⁊ alius ſenſus . Sicut in hoc lo
co ſpūs pro ſpiritalibus poſuit: ita
cum carnez dicit: non pro carnalib⁹
ſed pro carnaliter audire eos ſignifi
cans: qui ſp carnalia deſiderabant.
cum ſpiritalia deſiderari opoꝛteat.
Nā ſi carnaliter ea quis acciperet:
nihil ſane lucraretur. Quid igiꝛ ca
ro non poteſt quicq̄;. non de ip̄a car
ne dicit. Abſit. ſed de his qui carna
lem accipiunt: que dicūtur. Quid āt
eſt carnaliter ītelligere? Simpliciter
vt res dicūtur: neq; aliud quippiam
excogitare. Non enī ita iudicanda
ſunt que videntur: ſed myſteria oīa
interioꝛibus oculis conſideranda.
hoc eſt ſpiritaliter. Qui non mandu
cat carnem meam: ⁊ bibit meum ſan
guinem: non habz vitam ī ſemetipo
Quō nihil prodeſt caro: ſine qua ne
mo poteſt viuere ? Vide ꝙ ea parti
cula. Caro non prodeſt quicq̄;. non
de ipſa carne. ſed de carnali auditiōe
dictū eſt. Sed ſunt quidaz ex vobis
qui non credunt. Iterū pro ſua vt
ſolet dignitate loqtur. ⁊ futura pre

dicit.oſtenditqꝫ non illoꝝ glorie dſi
derio hec dicere.ſed ꝙ eoꝝ curaȝ ha
beret. Dicendo autem quidam :diſci
pulos ſubtraxit. Superius enim di
xerat ⁊ vidiſtis me ⁊ nō credidiſtis
mihi. Sed ſunt quidam ex vobis q̄
non credūt. Sciebat enim ab initio
Jeſus qui eſſent non credētes :⁊ q̄s
traditurus eſſȝ eū. Et dicebat pro-
pterea dixi vobis.nemo poteſt veni
re ad me niſi fuerit ei datum a patre
meo. Spontaneā diſpenſationē hoc
in loco euāgeliſta: et eius patientiā
ſignificat. Et illa particula.ab initio
non ſimpliciter hic ponitur .ſed vt
eius preſcientiam intelligas.⁊ ꝙ an
te hec verba.nō poſt eorum murmu
rationem ⁊ ſcandalum proditorem
notat: quod diuinitatis erat Jnde ī
quit. Niſi fuerit ei datū a patre meo
ſuadens eis vt ſuū patrem deū:non
Joſeph:arbitrarentur.⁊ in ſe(oſten
dens nihil ſua intereſſe)ſi non crede
rent quaſi dicat. Non mouēt me ne
qꝫ perturbant:qui mihi non credūt.
noui ea omnia anteqꝫ fierent.noui q̄
bus dedit pater . Cum autem audie
ris dediſſe patrem:noli ſimpliciter p̄
uilegium arbitrari.ſed illi crede . Qꝫ
qui ſe accipiendi dignum exhibȝ:ip̄e
accipit. Ex hoc multi diſcipulorum
abierunt retro.et iam non cum illo
ambulabant. Recte euangeliſta non
dixit.diſceſſerunt.ſed abierunt retro
hoc eſt.non proficiebant in virtute
et quā iam habebant fidem perdide
runt.cuȝ ſe ſcinderent . Sed nō duo
decim. Quid ergo dicit ad eos? Nun
quid et vos vultis abire? vt iterum
ſe eorum miniſterio non egere oſten
dat. Neqꝫ eos laudauit . Quāobrē?
Cum vt magiſtri dignitatem ſerua
ret:tum ꝙ ita contineri magis opor
tebat. nā ſi laudaſſet. arbitrati ſe ei
rem gratam facere:aliquo ſaltem hu
mano affectu moti eſſent . Cuȝ vero
ſe eorū miniſterio egere minime oſtē
deret:magis eos continuit. Et ani-
maduerte q̄ꝫ prudenter locut⁹ eſt .
Non dixit abite.ne expellere videre
tur.ſed rogauit.num vellent abire.
vt et vim omnem et neceſſitateȝ au
ferret:et ne pudore quodaȝ nutarēt
ſed etiam gratiam haberent. Neqꝫ
aperte eos accuſauit.ſed modeſte te-
tigit : vt quid faciendū eſſȝ intellige
rent.nobis autem contrarium acci
dit :nec immerito:quoniam proprie
glorie cauſa omnia facimus .ideo fa
miliarium abitu:nos ⁊ noſtra minui
arbitramur. Jeſus vero neqꝫ adula
tus eſt:neqꝫ expulit.ſed īterrogauit.
non vt eos cōtemneret.ſed ne vi te-
neri viderentur.nam ſi inuiti manſiſ
ſent:haud ſecus acſi abiſſent: fuiſſet.
Quid ad hoc petr⁹? Domine ad quē
ibim⁹? verba vite eterne habes. Et
nos credidimus et cognouim⁹.quia
tu es chriſtus filius dei viui. Uides
non verba ſed temeritatem ⁊ perfi
diam auditorum:ſcandalum peperiſ
ſe? Niſi enim ita dixiſſȝ:non deſtitiſ
ſent cibum corporeum efflagitare.et
cum duodecim vna cum illis eadem
verba audiſſent.contrarie tamen af
fecti ſunt dicentes. Ad quem ibim⁹?
Quanti amoris verbum? quo et pa
tribus et matribus et omnibus re-
bus chriſtus precioſior oſtenditur:
ꝙꝫ qui ab eo diſcedunt:non habēt
amplius quo confugiant. Sed ne p
pterea ad quem ibimus dixiſſe vide
retur:ꝙ non haberent qui ſe accipe
rent.ſubdidit. Uerba vite eterne ha
bes.quare illi carnaliter et ſecūdum
humanam rationem : hi ſecundum
ſpiritum ⁊ fidem intellexerunt . Jd-
circo dicebat. Uerba que locut⁹ ſuȝ
vobis ſpirit⁹ ſunt. Doctrinam meaȝ
rerum conſequentie et neceſſitati ſb-
iacē:ne arbitremini . Spiritalia ter-
renis legibus ſeruire non patiuntur

Quod et Paulus inquit. Ne dicas
in corde tuo quis aſcendit in celuꝫ?
Hoc eſt chriſtuꝫ deducere. vel quis
deſcendet in abyſſum? Hoc eſt chri-
ſtum ex mortuis reuocare. Verba
vite eterne habes. Jam reſurrectio-
nem acceperant in qua quieſcebant
Et vide queſo: fratrum amatorẽ: et
ſtudioſum. pro omnibus reſpondet.
Non dixit cognoui. ſed cognouim⁹.
Et conſidera cum de magiſtro: non
vt iudeos locutum. Siquidẽ illi di
cebant. Hic eſt filius Joſeph. hic au
tem. Tu es chriſtus filius dei viui: ⁊
verba vite eterne habes. quia audie
rat magiſtrum dicentem reſuſcitabo
eum. et habebit vitam eternam. Ex
quo prefert attentionem qua eius
verba acceperit. cum ea meminerit.
Quid chriſtus? Neqꝫ laudauit Pe-
trum: neqꝫ admiratus eſt: quãuis
id alio in loco feciſſꝫ. Sed Nonne
ego inquit vos duodecim elegi: et
vnus ex vobis diabolus eſt? Cũ eni
dixiſſꝫ Petrus: et nos credidimus:
eximit e numero Judam. Alibi eniꝫ
nihil de diſcipulis dixit. ſed cuꝫ chri
ſtus diceret. Vos autem queꝫ me di
citis? reſpondit. Tu es chriſtus fili⁹
dei viui. hic autem dicente eo. ⁊ nos
credidimus: merito ex ipoꝝ nume
ro Judam exemit. hoc autem dixit:
vt longe proditoris maliciam ꝓpul
ſaret: ⁊ cuꝫ nihil ei proficere videret
ei tamen conſulebat. Et intuere xpi
ſapientiam. Neqꝫ eum manifeſtauit
neqꝫ latere voluit. Illud ne impudẽ
tius contenderet: hoc: ne latere ar-
bitratus: licentius auderet. quare ĩ
ſequentibus apertius reſpondebit.
Prius ergo cum alijs adnumerauit
cum diceret. Sũt quidem ex vobis
qui non credũt. quod his verbis cõ
firmat euangeliſta. Sciebat eniꝫ ab
initio Jeſus qui eſſent credentes: et
quis traditurus eſſꝫ eum. Cum aũt
in malicia perſeueraret: vehementi⁹
eum arguit. Vnus inquit ex vobis
diabolus eſt: queꝫ tamen vt tegeret
omnibus metum incuſſit. Hoc autẽ
in loco non immerito dubitandum.
cur nihil dicant diſcipuli. alias autẽ
timent ⁊ dubitant ⁊ inuicem ſe aſpi-
ciunt rogantes. Nunquid ego ſum
domine. Et Johanni Petrus innu
it: vt magiſtrum percontaretur q̃s
eſſꝫ proditor. Quenã cauſa eſt? No-
dum audierat petrus. Vade retro
ſathana. Ideo non timuit. poſtquaꝫ
autem increpitus eſt: et inde audiſſꝫ
Vnus ex vobis me tradet: merito
formidauit. Neqꝫ hoc in loco dicit.
Vnus tradet me. ſed vnus eſt dia-
bolus. quare nõ intelligebant quid
diceret. ſed tamen maliciam ſuam re
prehendi arbitrabantur. Quid autẽ
ſignificat Nonne ego vos duodeci
elegi ⁊ vnus ex vobis diabolus eſt?
Vt omni aſſentationis ſuſpicione ca
reret. Nam cum omnes eum preter
duodecim reliquiſſent: et petrus eũ
confeſſus eſſet: ne quis aſſentationẽ
ſuſpicaretur: ita locutus eſt quaſi di
cat. Nihil mihi perſuadet: ne malos
arguam. Nolite putare me laudum
veſtrarum gratia vobis adulaturũ:
vel vt me ſequimini malos non re-
prehenſurum. Quod eniꝫ multo ma
gis eſt ad perſuadendum id mihi nõ
perſuadet. Qui enim in amore per-
ſtiterit: ipſe ſibi prebebit argumen-
tum. Electus a magiſtro gloriam. re
probus ſtulticie apud ſtultos opini
onem: accipiet. Veruntamen neqꝫ
hoc me a rephẽſionibus abducit.
Hoc nunc reprehendunt in chriſto
gentiles frigide ⁊ ſtulte. Non enim
vi et neceſſitate quadam deus bo-
nos facere conſueuit. neqꝫ electio ei⁹
violenta eſt. ſed ſuaſoria. Vt enim ĩ-
telligas inquit non cogi vocationẽ
multos vocatos perire continget.

Quamobꝛem conſtat in noſtro eſſe arbitrio : an ſaluemur : an perdamur. His igitur admonitionibus ⁊ ſobꝛij eſſe ⁊ vigilare contendamus. Nam ſi is qui in ſanctum illum chorum connumeratus erat : qui tantū donuꝫ conſecutus: qui ſigna faceret (ceteriꝫ ipe Judas cum alijs ad ſuſcitandos moꝛtuos ⁊ mūdanam leprā mittebatur) ex quo grauiſſimo auaricie moꝛbo captus eſt. nihil ei : neqꝫ beneficia: neqꝫ dona: neqꝫ chꝛiſti conſuetudo: non obſequium : non lotio pedum: non menſe participatio : nō loculoꝛum cuſtodia: profuit . ſed omnia hec aditus ei ad ſupplicium fuerunt. Timeamus ⁊ nos: ne quando per auariciam Judā imitemur . Nō qui tradit chꝛiſtum. ſed qui pauperē fame confectum vel frigoꝛe contemnit: eiuſdem reus erit ſupplicij. ⁊ cuꝫ indigne myſteria participamus: eodem modo quo chꝛiſti interfectoꝛes puniemur. Quando rapimus : quando opprimimus inferioꝛes: maximuꝫ nobis ſupplicium aſciſcimus : ⁊ merito ſane. quouſqꝫ enim terrenoꝛum amoꝛ nos detinet: que ſuperflua ſunt ⁊ vana! Diuitie enim ſuperflue ſunt ⁊ inutiles. Quouſqꝫ huius mundi ineptijs inhiabimus! Quouſqꝫ ita grauati erimus ne celū ſuſpiciam⁹! quouſqꝫ non ſapiemus neqꝫ terrenarum rerum atqꝫ fluxaruꝫ ſatietatem ! capiemus! neqꝫ experientia earum vilitateꝫ intelligemus! conſideremus qui ante nos diuites fuerunt . Nonne omnia ſomniū! nonne vmbꝛa ⁊ flos nonne verba ⁊ fabule! ille locuples. vbi nunc diuitie! perierunt. peccata autem que in ijs comparandis patratus eſt remanent : ⁊ propter peccata ſupplicium. Jmo ſi non eſſꝫ ſupplicium: non proponeretur ⁊ regnū. Quod idem genus ⁊ naturam communicat reuereri opoꝛtuit. Nunc autem canes quidem educam⁹ muti ⁊ onagros: et vꝛſos: et alia ferarū genera. hominem autem fame confectum negligimus. ⁊ pluris alienum facimus: ꝙ cognatum. ⁊ indigniorē domeſticum: ꝙ incognitum ducim⁹. Sed ſplendidas domos edificare: ⁊ familiarium caterua ſtipari: ⁊ aurea laquearia iacētes ſpectare: ꝙ pulcerrimum eſt. imo ſuperfluum ⁊ inutile. Sunt ſplendidioꝛes edes ⁊ lōge ijs clarioꝛes. Jn ijs oblectare ⁊ oculos paſce. nemo prohibebit. Uis tectum ꝙ pulcerrimum intueri ! Ueſpere adueniente celum ſuſpicias. ſed non eſt meum inquies . Uerum magis tuuꝫ ꝙ illud. Siquidem propter te factū eſt: et commune cum fratribus eſt. hoc autem tectum non eſt tuum. ſed poſt moꝛtem tuam heredes occupabunt. Et celum quidem multuꝫ tibi vtilitatis afferre poterit: cum ꝑ ei⁹ pulcritudinem ad opificis contemplationem aſcenderis . illud autem tectum plurimum oberit : et te maxime in die iudicij accuſabit: cum ipm auro vndiqꝫ fulgeat: chꝛiſtus ne minimum quidem habeat veſtimentū Ne igitur tante ſtulticie arguamur neqꝫ fugiētia proſequamur : neqꝫ noſtram prodamus ſalutem. ſed futura ſperemus: ſiue ſenes: vtpote qui plane nos breui victuros intelligamus ſiue iuuenes tanqꝫ plane perſuaſi: ꝙ non multum nobis tempoꝛis relinquatur. Ut enim fur in nocte ita dies ille adueniet. Et mulieres : viros: viri mulieres hoꝛtemur. caſtigemus et iuuenes ⁊ virgines admoneam⁹. Jta alter alterum erudiamus vt cōtemptis preſentibus futura deſideremus. eaqꝫ conſequi poſſimus: gratia et benignitate domini noſtri Jeſu chꝛiſti per quem et cum quo patri gloꝛia ſimul et ſpiritui ſancto in ſecula. Amen.

# Home. xlvii.

ex capitulo ſeptimo

POſt hec ambulabat Jeſus in
galileam. nō enim volebat in
iudeam ambulare. quia que
rebant eum iudei interficere. Erat
autem in proximo dies feſtus iudeo
rum. Nihil liuore nihil inuidia gra
uius per eam mors in mundum ve
nit. Nam cum hominem honorari
diabolus conſpexiſſꝫ: eius boni im
patiens: omnia molitus eſt vt eum
perderet: ſemꝑ ꝗꝫ ex hac radice: hūc
fructum erupiſſe videri licꝫ. Propꝫ
hanc Abel interemptus eſt. propꝫ
hanc Dauid cedis periculum ſubijt:
propter hanc ⁊ alij multi perempti
ſunt. Hinc ⁊ iudei chriſtum interfe
cerunt. Quod his verbis euangeli
ſta ſignificat. Poſt hec ambulabat
Jeſus in galileam. nō enim habebat
poteſtatem in iudeam ambulare. qꝛ
querebant eū iudei īterficere. Quid
dicis beate Johannes. non habebat
poteſtatem in iudeaꝫ ambulare: qui
poteſt omnia que vult. qui cum dice
ret queꝫ queritis repulit eos retro
qui preſto eſt et non videtur is non
habet poteſtatem? Quomodo autē
poſtmodum per medium eorū in me
dio templo: ⁊ die feſto tranſibat: cuꝫ
plurimi conueniſſent ⁊ preſentibus
illis diſputabat: que magis eos irri-
taret: quem illi admirabantur dicen
tes? Nonne hic eſt quem querunt ī-
terficere? Et ecce palam loquitur ⁊
nil ei faciunt. Quenam hec ſunt eni-
gmata? Abſit. Sed illud dicendum
eſt: partim diuinitatis: partiꝫ huma
nitatis opera demonſtrari. Cum ei
non habere eum poteſtateꝫ dicit tā-
ꝗꝫ de homine qui humane operaret̄
dicit: cum auteꝫ in medio eorum ſte
tiſſe: neqꝫ comprehenſum: narrat: di
uinitatis nobis potentia indicatur
Fugit tanquaꝫ homo. apparuit[ tan
ꝗꝫ deus. Utrum vere narratum eſt.
Qui enim in medio inſidiantium non
eſtꝫ comprehenſus: inuincibilem ſe
atqꝫ inexpugnabileꝫ ſignificauit. et
ꝙ delituerit incarnationeꝫ certo cō
firmauit. Ut neqꝫ Paulus ſamoſa-
tenſis: neqꝫ marcion haberent quid
dicerent: quoruꝫ vtriuſqꝫ os obſtru
it. Erat auteꝫ in proximo dies feſtꝰ
iudeorum ſcenophegia. Poſtqꝫ autē
nihil aliud ſignificat: ꝗꝫ multum inte
rea temporis proceſſiſſe: quod inde
conſtat. Cum ſubijt Jeſus in montē
inquit. erat proximum paſcha dies
feſtus iudeorum. hic autem ſceno-
phegie meminit: et in quinqꝫ menſi
bus nihil aliud nobis narratur: ne-
qꝫ nos aliud docuit ꝗꝫ quinqꝫ panū
miraculuꝫ: ⁊ habituꝫ cuꝫ illis ſermo
neꝫ. Qui auteꝫ neqꝫ ſigna facere: neqꝫ
vnquam diſputare die: veſperi: ſepe
etiam noctu: omiſerit: ita diſcipulis
ſaltem conſtat: vt om̄es euangeliſte
teſtentur. Quid tandē id omiſerūt?
Quoniam non omnia dici poterant
Preterea ea dicere properabant in
qbꝰ vel accuſabant̄ vel reſpōdebat iu
deis. Multa enim prioribus ſimilia
fecit. Qui enim egrotos curauerit: ⁊
mortuos ſuſcitauerit: et miracula fe
cerit ſepe audiuimus. Cum autem
aliquod nouuꝫ dicat: vel aliquid qđ
contra ipſum fore videatur occurrit
ea proſequuntur: quale nunc eſt: ꝙ
fratres eius in eum non credebant.
Neqꝫ enim parum hoc reprehendi
poſſe videtur: et dignum ſane eſt ad
miratione: ꝙ tam aperte: tam vere
loquantur: vt neqꝫ pudeat dicere: q̄
magiſtro contumelioſa eſſent. Veruꝫ
omnium maxime ea narrare feſtina
runt. Et nunc multis ſignis ⁊ mira
culis omiſſis. ad hoc ꝗꝫ p̄rimuꝫ venit
euangeliſta. Dixerunt inquit. ad cuꝫ
fratres eius. Tranſi hinc: ⁊ vade in

iudeam:vt et diſcipuli tui videant
opera tua que facis. Nemo quippe
in occulto aliquid facit:⁊ querit ipe
palam eſſe. Si hec facis; manifeſtas
teipſum mundo. Neqꝫ enim fratres
eius credebant in eum. Et q̃ſnam
verbum incredulitatis protulerunt
ſi rogabant vt ſigna faceret? Maxi-
me quidez:et aſpera:⁊ intempeſtiua
quadam confidentia locuti ſunt. pu
tabant enĩ cognationis gratia opor
tere ſe fidenter loqui. Et videtur q-
dem pncipium amicorum eſſe. veruz
aſperrime dicũt. Nam ⁊ formidinis
et inanis glorie:eum inſimulant. Si
quidem cum dicunt. Nemo in occul
to aliquid facit:⁊ formidinis argue
re:⁊ ſuſpicari videntur. an que face-
ret Jeſus:vere faceret. Jlla aũt par
ticula. et querit ipſe palam:habz ina
nis glorie ſuſpicionem. Tu autẽ chri
ſti virtutem conſidera. Ex ijs q̃ hec
dixerant. Jacobus primus hieroſo-
lymorum epiſcopus ordinatus eſt.
de quo Paulus ait. Alium aũt apo-
ſtolorum vidi neminem: niſi Jaco-
bum fratrez dñi. Dicitur ⁊ iudas mi
rabilis fuiſſe. Atqui hi in cana affue
rant:cum aquam in vinum conuer
tit. Sed nihil adhuc profecerunt.
Unde igitur eis tãta incredulitas?
A voluntate ⁊ inuidia. Conſangui-
nitas eniz ſolet quodãmodo inuidie
haberi. Sed quoſnam hoc in loco di
ſcipulos appellat? Turbam ſequẽtẽ
non duodecim. Quid chriſtus? vide
q̃ꝫ accõmodate. non dixit qui eſtis
vos:qui mihi conſulitis:⁊ me docce-
tis. Sed tempus meum nõdum ad-
uenit. Hic ⁊ aliud quiddam videtur
poſſe ſignificari. Fortaſſe enim cum
tradere iudeis ꝯſultabant. ⁊ ad hoc
reſpondit. Temp⁹ meum nondũ ad-
uenit. hoc eſt crucis ⁊ mortis. Quid
ante temp⁹ vt moriar: properatis?
Temp⁹ autẽ veſtrum ſemꝑ paratuz
eſt. Uos etſi ſemper cum iudeis ver
ſemini:non interficient vos:qui ca-
dem eſtis ſententia. mihi aũt q̃ꝫpmuz
mortẽ machinabuntur Jtaqꝫ vobis
quidem ſemper tempus eſt. cum nõ
impendat periculum. mihi aũt tunc
tempus erit cuz ero crucifigendus:
⁊ moriturus. Et ꝙ hoc ĩtelligat ex
ſequentibus perſpicuuz eſt. Non pt
mundus odiſſe vos. Quomodo eniz
qui eadem vultis ⁊ ad idez tẽditis?
Me autem odit:quia reprehẽdo eũ
quia mala ſunt opera eius. Hoc eſt
tangere ⁊ benigne reprehendere.
Hinc iram vincere et non indigna
ri:etiamſi abiecti ſint qui nobis con
ſulant:erudimur. Nam ſi non credẽ
tium:et iniquũ:⁊ a charitate abhor-
rens conſilium:eq̃ animo tulit. quaz
nos conſequemur veniaz:qui terra
ſumus ⁊ puluis:cuz conſulentes in-
quo animo ferim⁹. Maxime ſi Pau
lo abiectiores ſint: tanq̃ꝫ indignum
arbitrantes? Conſidera hic queſo q̃ꝫ
benigne illatam confutat contume
liam. Dicentibus illis. manifeſta te-
ipm mundo. Reſpondit me mund⁹
odit. Tantũ enim abeſt inquit vt q̃-
ram ab hominibus gloriã:vt nõ de
ſiſtam eos reprehendere ⁊ cum ſciaz
⁊ odium ex hoc mihi ⁊ mortem com
parari. Et vbi reprehendit inquit?
Jmo. qñ ceſſauit? Nonne dixit. No
lite putare quia ego accuſatur⁹ ſum
vos apud patrẽ. eſt qui accuſat vos
Moiſes? Et ego cognoui vos q̃ dí
lectionem dei non habetis. et Quo-
modo poteſtis vos credere qui glo
riam ab inuicem accipitis:⁊ gloriaz
que a ſolo deo eſt non queritis? Ex
his ⁊ aliud innuitur:ꝙ ex libera xpi
reprehenſione:non ex ſolutione ſab
bati:iudeorum odium in cuz orieba
tur. Sed quid eos ad diem feſtum
mittit cum dixit. Uos aſcendite ad
diem feſtum hunc:ego non aſcẽdam

adhuc? Ut ea ſe dixiſſe oſtenderet. ñ
rogandi aut adulandi gratia. Sed
vt eis iudeorũ cerimonias pmitte
ret. Sed cur aſcendit cum ſe aſcenſu
rum negaſſz? Non dixit ſimpliciter
non aſcendam. ſed adhuc id eſt vobiſ
cum. quia temp⁹ meum nondum im
pletum eſt. Atqui in futuro paſcha
te crucifigendus erat. Cur ergo nõ
aſcendit. Et ſi quia temp⁹ non erat
non aſcendit: nullo pacto erat aſcen
dendum? Sz non propterea aſcẽdit
vt pateretur. ſz vt doceret. Cur clã
cum aperte poſſz in medio corũ eſſe
et iram ⁊ furorem ſedare quod ſepe
fecit? Noluit frequenter hoc facere:
fuiſſz ſane mai⁹ diuinitatis argumen
tum. ſed cum metu remanſiſſe puta-
retur: et incarnationem ⁊ fiduciam
confirmauit: ꝙ cuz paſſionis temp⁹
preuideret: id maxime eligeret: vt a-
ſcenderet hieroſolymaz. Aſcendite
ad diem feſtũ. quaſi diceret. Nolĩz ar
bitremini ꝙ nolentes cogere velim
mecũ maneatis. Ea aũt particula. ꝙ
nondum impletum eſt temp⁹ meum
ſignificantis eſt: oportere adhuc ⁊ ſi
gna fieri: ⁊ contiones haberi. vt per
audentiam ⁊ paſſionez eius. plures
crederent: ⁊ diſcipuli magis confir-
marentur. Hinc nos benignitatem:
hinc manſuetudinez erudiamur dile
ctiſſimi. Diſcite inquit a me quia mi
tis ſum ⁊ humilis corde: ⁊ omnẽ mo
leſtiam abſcindam⁹. ⁊ ſi quis nobis ĩ
ſultauerit: humiliemur: ſi quis exaſ-
peratur: mitigemus. ſi quis mordet:
⁊ lacerat: et contumelijs proſequit̃:
nolimus pmoueri: ne victi nos ipſos
perdamus. Etenim ira fera eſt vehe
mens et furibunda. Incantemus
eaz diuine ſcripture carminib⁹. Ter
ra ⁊ puluis es: et quid ſupbit terra
et puluis? Et impetus ire eius: caſ⁹
ei. Et vir iratus immodeſtus eſt. Ni
hil turpius aſpectu irati. nihil viſu

grauius. Et ſi aſpect⁹ multo magis
anima. Quemadmodum eniz cenũz
ſi contrectetur grau⁹ olet: ita et ani
ma: cum perturbata eſt: ⁊ multis in
trinſecus fluctibus agitata. Sz non
poſſum inquis inimicorũz contume
lias tolerare. Qua gratia? Nã ſi ve
re accuſaris: etẽ corã cõpungi debe-
res: et gratiaz ei habere. Si falſo de
ride. Dixit pauperem. Ride. Dixit
mendicum. Ride dixit degenerẽ vel
ſtultum. Iam illum defle. Nam qui
dicit fratri ſuo fatue: reus eſt gehen
na ignis. Iniuria ergo affect⁹: in mẽ
tem veniat quod illi. ſupplicium ma
neat. et non modo nulla ĩ proximũ
ira fereris. ſed deplorabis vicem ei⁹.
Neqz enim febribus laboranti: neqz
tumido qſqz iraſcitur. ſz his morbis
affecti: ſui miſericordiã ⁊ lachrymas
mouent. huiuſmodi eſt irati animus
qui ſi in te proſilit: tace: ⁊ oportunã
ei plagam infliges. Si contumeliaz:
contumelia proſequeris: ignez exci-
tabis. Sed puſilli animi arguemur
inquies: ſi tacebimus? imo tuam ad-
mirabuntur ſapientiam. Et ſi cõtra
contumclioſe reſponderis: materiaz
dabis vt vera putentur: quorum ar
gueris? Quare diues: ſi paup appel-
latur ridet. Quoniaz falſuz id nouit
Itidem ſi nos iniurias ridebim⁹: ma
gnum erit argumentum ꝙ falſo rep̃
hendamur. Ad hec: quouſqz hõĩuz
iudicia formidabim⁹? Quouſqz com
munẽ dñm deſpiciem⁹ et carni vaca
bimus? Donec eniz inter vos contẽ
tio eſt ⁊ emulatio ⁊ ſeditiones. Nõ-
ne carnales eſtis. Fiam⁹ igitur ſpiri
tales: et ſeuiſſimaz hanc beluaz fre-
no cohibeamus. Inter iraz ⁊ inſani
am nihil differt. ſed breuis quidẽ de-
mon eſt. immo ꝗ qui demonio vexa
tur grauior. Ille enim venia dign⁹ ẽ
iratus nulla. ſed ſupplicijs innumeris.
ſponte ſua in profundum pditionis

deferetur: et etiã ante futurã gehē
nam penas dat. Tumultu enim quo
dam ⁊ eſtu intolerabili: die noctu q̃
varijs cogitationib⁹ anxius iactať.
Ut igitur ⁊ preſenti ſupplicio ⁊ futu
ro liberemur: abiecto penitus hoc
affectu: omnes manſuetudinē̃ indu-
amus et modeſtiam. vt et in hac vi-
ta: ⁊ in regno celorum tādē̃ animis
noſtris requiē̃ inueniam⁹. quã vti
nã omnes conſequi poſſim⁹: gratia
et benignitate dñi noſtri Jeſu chri-
ſti per quem ⁊ cum quo patri gloria
ſimul et ſpũi ſancto in ſecula.

## Home. xlviii.

ex capitulo ſeptimo

Hec cum dixiſſ. ipſe manſit in
galilea. Ut autem aſcenderũt
fratres eius: tunc ⁊ ipſe aſcen
dit ad diem feſtum. non manifeſte. ſ
quaſi in occulto. Que ſm huma-
nam imbecillitatem a chriſto facta
ſunt. non tm̃ incarnationem confir-
mant. ſed ad virtutē̃ inſtituũt. Nā
ſi omnia tanq̃ deus feciſſ. quid ſcire
potuiſſemus in humanis rebus inci
dētes quid facere nos oporteret. vt
exempli gratia. Si hoc i loco homi-
cidis iudeis obuius iram ſedaſſ: et
h frequēt feciſſ: nos āt idē n̄ potē
tes offenderemus. Unde nobis cō-
ſtaret quid eſſ faciendum. vtrũ in-
terimere eos an docere oporteret.
Hoc nos chriſtus docē̃ cum inquit
hec cum dixiſſ Jeſus. manſit in ga-
lilea. Ut autem aſcenderunt fratres
eius. tunc ⁊ ipſe aſcendit. non manife
ſte. ſed quaſi in abſcondito. Hec par
ticula. vt aſcenderunt fratres ei⁹: o-
ſtendit voluiſſe ſe cum illis aſcende
re: ⁊ ideo manſiſſe. Neq̃ palã cum
eis verſatus eſt vt volebant. ſed cũ
libere ſemꝑ alias verſatus. hic quaſi
in occulto aſcendit Non dixit occul
te. ſed quaſi in occulto. Jta enĩ vi-
debatur. quemadmodũ dixi vt nos
doceret. Preterea non erat par ira
tis illis et excandeſcētibus ſe ita ex
ponere. Finito autē̃ feſto. iudei que
rebant ipm ⁊ dicebant. Ubi eſt ille?
Bona quidē̃ corũ opera. Jn die fe
ſto in cedem ſemper ferebantur: ⁊ fe
ſtis eum diebus capere tentabant.
Nam et alibi. videtis inquit. Nun
quid venit ad diem feſtum? Et dice
bant. Ubi eſt ille? Ex nimio odio eũ
nominatim appellare non patieban
tur. Diem feſtum maxime reuerebā
tur. et tamē capere conabantur. Et
murmur multum erat de eo in tur
ba. Ego autem loci gratia: vbi mira
culũ fecerat. iudeos maxime irrita
tos. timuiſſe arbitror. nō tam iratos
tranſeunti: q̃ veritos ne aliud ſig-
num faceret. De eo autem vel inuiti
predicabant: et clarum reddebant.
Quidam dicebant quia bonus eſt.
alij autem dicebant. non. ſed ſeducit
turbas. Jllam puto multitudinis o-
pinionem hanc principum et ſacer
dotum fuiſſe. Jllud enim verbũ. nō
ſed ſeducit turbas. hoc indicat. Sed
quomodo ſeducit queſo. Nunquid
preſtringit aciem vt ſigna facere vi
deatur. re autem nulla ſint? Uerum
contrarium experientia deprehendi
tur. Nemo tamen palam loquebať
de illo propter metum iudeorũ Ui
des vbiq̃ optimates quidem corru
pto. turbã vero ſano fuiſſe iudicio?
non tamen fortes vt decebat: quod
maxime multitudinis eſt. Jam aũt
die feſto mediante aſcendit Jeſus in
templum: et docebat. Ob dilationē̃
attentiores reddidit. Nam qui pri
mis eum diebus querebant: repēte
pñtē alij bonũ: alij malũ iudicabant
illi aliqd lucrarenť: hi vt ꝓprehēde
rent. Jllud aũt verbũ. ſeducit turbā
propter eius doctrinam dicebant:

cū eam non intelligerent. Illud aūt
quia bonus: propter ſigna. Eorū igi
tur iraȝ molliens: ita inſtituit: vt ver
ba ſua diligenter audirent: neqȝ am
plius indignati: aures obſtruerent.
Quid doceret ſilentio preterijt euā
geliſta. Qz autem taȝ mirabiliter: vt
eos mouerit: et vi orationis eorum
mutarit ſententiam: id tantum dicit
Nam queȝ turbaȝ ſeducere dixerāt
iam mirabantur quō litteras ſciret:
qui non didicerit. Uides eorum ple
naȝ malicie admirationē? Nō enim
doctrinaȝ admirabātur: neqȝ capie
bāt. Sed alia eos mouebat admira
tio: vnde id ſciret. cū potius hinc co
gnoſcere debuiſſent: nihil humani in
eo eſſe. ſed cum nollent hoc confiteri
ſed tm̄ admirarētur. audi quid xp̄us
dixerit. Mea doctrina nō ē mea. Ad
eoꝝ reſpondet ſuſpicionē. ad patreȝ
id referens: vt eis ſilentium impone
ret. Qui facit volūtatē ei⁹: is cogno
ſcet de doctrina: vtrum ex deo ſit an
ego a meipſo loquoꝛ. Acſi dicat. hāc
amouete dubitationem: ⁊ irā ⁊ inui
diam: ⁊ inane contra me odium ⁊ ni
hil vos impediet quin cognoſcatis
dei vere verba mea eſſe. Nunc hec
vobis tenebras infundunt: et rectū
verum qȝ iudiciuȝ corrumpunt. que
ſi reijceretis non in hac eſſetis ſnīa
Uerum non his verbis vſus eſt. ne
vehementi⁹ eos irritaret. ſed hoc to
tum ſignificauit cum inquit. Qui fa
cit voluntateȝ eius: cognoſcet ḋ o
ctrina: vtrum ex deo ſit: an ego a me
ipſo loquar. Hoc eſt. An alienum ali
quid ⁊ ei contrarium dicam. A me
ipſo autem: ſemper ad hoc refertur:
ꝙ nihil preter dei volūtatē loqͥtur.
ſed q̄ pater vult. Qui aūt facit volū
tatem eius: cognoſcet de doctrina.
Hoc eſt. Si quis ſit amatoꝛ virtu
tis: verboꝝ meoꝝ vim intelliget: ſi
q̄s voluerit ꝓphetias ꝑſcrutari: an

ſm eas loquar cognoſcere poterit.
Et quonam pacto ſua eſt: ⁊ non ſua?
Non enim dixit doctrina ipſa nō eſt
mea. Sed cum ſibi eam tribuiſſet di
cendo. doctrina mea: addidit: nō eſt
mea. Quomodo idem eiuſdem ṗt eē
et non eſſe? eſſe quia a nullo doctus
loquebatur. Nō eſſe. quia patris do
ctrina erat. Quomodo igitur dicis
Omnia que ſunt patris: mea ſunt: ⁊
que mea patris? Si quia patris do
ctrina eſt: propterea non eſt tua. fal
ſum illud eſt. Ideo enim tua eſſe de
buit. At hoc verbum. non eſt mea
maioꝛem in modū patris ⁊ ſuā vnā
eſſe doctrinam indicat. Quaſi dicat
Nihil habȝ diuerſum tanquaȝ alte
rius. Qz ſi perſona alia ſum. idem ta
men ⁊ dico ⁊ facio. vt non exiſtime
tis aliud a patre. ſed idem: me ⁊ dice
re ⁊ facere. Inde aliam adducit rati
onem cui contradici non poteſt. hu
mana quadam vtens conſuetudine.
Qui propꝛiam quandam doctrinaȝ
inſtituere vult. nulla alia ratione ſe
velle dicit qȝ vt gloꝛiam ſibi ꝓparet
Nam ſi ego gloꝛiā meam quero. q̄
re propꝛiam quandam doctrinā nō
conſtituo? Qui a ſe ipſo hoc eſt. pro
pꝛium quiddam et ſeparatum loqui
tur idcirco loquitur: vt gloꝛiam ipſe
aucupetur. ſed quia mittentis glori
am quero. ideo eius doctrinam do
ceo. Uides cauſam cur nihil a ſemet
ipſo facere dicat? Ut neqȝ gloꝛiaȝ ne
qȝ principatum deſiderare credatur
ꝓpterea cū humiliter loquitur. Ego
patris gloꝛiaȝ quero inquit: vt ꝑſua
deat ſe gloꝛiā nullaȝ querere. Sunt
⁊ alie cauſe. ne ingenitus; ne deo cō
trarius: ne carnem noſtrā non acce
piſſe putaretur: vt auditoꝛum imbe
cillitati cōſuleret: vt deniqȝ eos mo
deſtiā ſeruare: ⁊ minime ſe iactando
extollere: doceret. Se vero efferēdi
vnā duntaxat cauſaȝ īueniri poteſt

nature preſtantia. Nam ſi dicendo
ſe añ Abraã fuiſſe ſcandalizati ſunt
quidnam feciſſent: ſi ſemper magna
audiſſent? Nonne Moiſes dedit vo
bis legeꝫ: ⁊ nemo ex vobis facit le-
gem. Quid me queritis interficere?
Quam habet hoc a ſuperioribus cõ
ſequentiam? Quid cum iis commu-
nicat? Duo iudei in Jeſu reprehen-
debant. vnum ꝙ ſabbatum ſolueret.
alterum ꝙ patrem deum diceret: et
ei ſe equalem faceret. non ipſorum ſu
ſpicione ſed propria chriſti ſententia
Dixit autem non vt multi ſolent. ſed ex
imie ⁊ proprie patreꝫ appellaret: in-
de conſtat. Multi ſepe deum patreꝫ
ſuũ dixerũt: ꝙ ipſe vnus crearit nos
ꝙ pater ſit omnium noſtruꝫ: non ta
men propterea equalis eſt populus
deo. Quare non fuiſſent ſcandaliza
ti? Et quemadmoduꝫ cum dicebant
ex deo non eſſe: ⁊ ſabbatuꝫ tranſgre
di: ſepenumero eorum reſpondit ſu-
ſpicioni. ita ſi hoc illi eſſent ſuſpicati
ipſe autem id non ſentiret: eos falſo
id opinari: profecto docuiſſꝫ: dixiſſet
ꝙ. Quid me deo equalem arbitrami
ni? non ſuꝫ. Sed ſe omnino equalem
profeſſus eſt ex ſequentibus. Illa ci
particula. Sicut pater ſuſcitat mor
tuos ⁊ viuificat. ſic ⁊ filius viuificat
Et illa. Ut omnes honorificent filiũ
ſicut honorificant patrem. Et ope-
ra que ille facit: hec ⁊ filius ſimiliter
facit. Hec omnia equalitatem con
ſtituunt. Et de lege ait Nolite puta
re quia veni ſoluere legem aut pro-
phetas. Hoc pacto malas e menti-
bus ſuſpiciones notat euellere. Hic
cum patre equalitatem confirmat.
Quare alibi cum illi dicerent quia
te deum facis minime ſe purgauit. ſꝫ
id eſſe aſſeuerauit inquiens. Ut autẽ
ſciatis ꝙ poteſtatem habet filius
hominis dimittẽdi peccata in terra
dicit paralitico. Tolle grabatum tu

um et ambula. Illud igitur primuꝫ
intendit vt equalem ſe deo faciat. et
ꝙ non ſit contrarius. ſed ideꝫ quod
ille: ⁊ dicat: et doceat. Inde circa ſab
bati tranſgreſſionem ꝯſtat dicens.
Nonne Moiſes dedit vobis legem
et nemo ex vobis ſeruat legeꝫ? Qua
ſi dicat. Sancit lex. non occides.
vos occiditis: et me tanquam legis
tranſgreſſorem accuſatis. Quare au
tem dixit nemo? Quoniam omnes
querebant eum interimere. Ego ſi
ſolui legem inquit. hominem tamen
liberaui: vos ad malũ ſoluitis. Ego
ſi tranſgredior ſaluti conſulo: Neqꝫ
a vobis qui in grauibus rebus legẽ
ſoluitis me accuſari oportuit. vos
omnino legem euertitis. Deinde eti
am certat. atqꝫ cum multa et diu di-
ſputauerit. tunc quidem altius ⁊ ſe-
cundum dignitatem ſuaꝫ. nunc autẽ
humilius. Quid tandeꝫ? Noluit fre
quentius eos irritare. Nunc ira au
gebatur: et incedem procedebant.
Quare remiſſius loquitur. et duobꝰ
his eos ſedat arguendo audaciam.
cur ipſum vellent interficere. ⁊ man
ſuete loquendo. oſtendendo homici-
das indignos eſſe: qui alios iudicẽt
Tu autem humilem chriſti interro-
gationem et aſperum eorum reſpon
ſum animaduerte. Demoniuꝫ habes
Quis te querit interficere? Uerbum
ire: et furoris: et impudentie plenuꝫ
cum preter opinionem reprehende-
rentur: ⁊ ipſum ſe perterrere exiſti-
marent. Ut enim latrones in inſidi
is: ne inſidiari videantur concinunt
vt incuſtoditum aggrediantur. ita
et hoc in loco iudei. Ipſe auteꝫ omiſ
ſa reprehenſione ne impudentiores
eos faceret. iterum de ſabbato ſe ex-
cuſat. a lege eos arguẽs. Et intuere
prudentiam. Non mirũ inquit ſi mi-
hi nõ auditis. cũ ne legi quideꝫ quã
a Moiſe lataꝫ arbitramini audiatis

Quid ergo nouum ſi verbis meis
non acquieſcitis? Cum eniꝫ dixiſſet
Moiſi locutus eſt deus. hunc autem
neſcimus vnde ſit. oſtendit ꝙ illi eti
am contumeliam inferunt. etenim le
gem ille dedit: et non audiſtis. Unū
opus feci: ⁊ omnes miramini. Pro-
pterea vbi me excuſari oporteret: eē
vitio datis. Quod enim pater fece
rit: non meminit. ſed ſuam inducit ꝑ-
ſonam. Unum opus feci: quo innuit
ſi non feciſſꝫ. ſe legem ſoluiſſe. ⁊ mul
ta eſſe magis propria q̄ꝫ lex. ⁊ cōtra
legem Moiſen mandatum magis ꝓ
prium accepiſſe. Siquidem circunci
ſio: q̄ꝫ ſabbatum: magis propria eſt.
q̄ꝫuis non legis ſit. ſed patrum. Ego
autem magis proprium feci: ⁊ meliꝰ
q̄ꝫ ſit circunciſio. Inde legalis man
dati non meminit: videlꝫ ꝙ ſacerdo
tes ſabbatū coinquinarent: vt iaꝫ di
xit. ſed ex maiori abundantia locutꝰ
eſt. Miramini autem. hoc eſt ꝑturba
mini. Nam ſi legem firmā eſſe opor
tebat. non ſane circūciſio magis ꝓ-
pria fuiſſꝫ. neqꝫ ſe circūciſione maius
quiddaꝫ feciſſe dixit. ſed ſignificauit
his verbis. Si circunciſionem acci-
pit homo ī ſabbato. Uides quo pa
cto tunc maxime ſtat lex: cum ſoluit̄
⁊ ſabbati ſolutio: legis ſeruatio eſt?
vt niſi ſabbatum ſoluatur; neceſſar
ium ſit legem ſolui quam ego conſti-
tui. Et non dixit mihi iraſcimini: ꝙ
circunciſione maius quiddam feci.
ſed rem tm̄ oſtendit: illis iudiciuꝫ re
liquit. an magis neceſſaria ſit totius
hominis ſanitas: q̄ꝫ circunciſio (Ut
intelligat homo nihilꝰ ad ſanitatem
conferre) ſoluit̄ lex. an ꝙ tanto mor
bo liberatus ſit: indignamini. Noli-
te iudicare ſecundum faciem. hoc eſt
Non ꝓpterea ꝙ Moiſes apud vos
maioris eſt auctoritatis: feratis ſen
tentiaꝫ. ſed a rerū natura. hoc eſt enī
iudiciū. Quare nemo accuſauit moi
ſen. quare nemo credidit iubenti vt
ſabbatū addito extrinſecus legi mā-
dato ſolueretur. Uerum ille manda
tum non ſub lege. ſed extrinſecus in-
ductum propria lege firmius ducit:
quod permirum eſt. vos autem qui
non legiſlatores eſtis: preter moduꝫ
legeꝫ defenditis. ſed maioris q̄ꝫ vos
auctoritatis eſt Moiſes: qui ſolui le-
gem per mandatum non legitimum
iubet. Illa autem particula. totum
hominem; particularem ſanitatem
circunſionem afferre oſtendit. Et
quenam circunciſionis ſanitas? Ani
ma inquit hominis ſine circunciſi-
one peribit. Ego aūt non ex parte.
ſed totum corruptum ſanitati reſti
tui. Nolite igitur ſm̄ faciem iudica
re. hoc autem non illius ſeculi homi
nibus tm̄ dictum eſt. ſed ⁊ nobis: vt
nullo pacto iuſticiam oppugnemus.
ſed totis viribus eam defendere cō-
tendamus. Nullus ſit nobis reſpe
ctus: an pauper quis ſit: an diues.
Rem ipſam inueſtigemus. non miſe
reberis inquit pauperis in iudicio.
hoc eſt. noli flecti: noli moueri inq̄t:
ſi pauperem iniuſtum iudicaturus
es: cui ſi non eſt ignoſcendum: longe
minus diuiti. Hanc ego non ad iu-
dices tantum. ſed ad omnes homi
nes orationem habeo: ne quis iuſti
ciam tranſgrediatur. ſed integram
ſeruet. Diligit enim iuſticiaꝫ dominꝰ
Qui autem diligit iniuſticiam odit
animā ſuā. Nolimꝰ queſo odio habē
animas noſtras. nolimꝰ diligere iu
ſticiā: cui q̄ntuluꝫ lucri eſt? pax: imo
nihil: nam paulopoſt male peribimꝰ
vel potius in hac vita minime iniu
ſticia noſtra fruimur. Nonne ſi ma
le nobis ꝯſcij ſumus: omnes delicie
pena ſunt ⁊ ſupplicium? Amplecta-
mur ergo iuſticiam: cuius lege nullo

pacto tranſgrediamur. Quem enim
ex preſenti vita fructuz reportabimꝰ
niſi hinc virtute prediti migraueri
mus? Quid illic amicicie: quid neceſ
ſitudines? Quid clarorum virorum
gratia nobis proderit. Et quid ego
cuiuſpiam gratiã memoro? Si Noe
ſi Job ſi Daniel nobis pater eſſz: ni
hil conferrẽt ſi proprijs meritis va
cui reperiemur. ſed ſola anime virtu
te opus eſt: ipa nos ſaluos facere et
ſempiterno igni liberare ſola potẽt
ipa nos ad celorum regnum tranſ
mitter: quod vt omnes cõſequamur
Gratia ⁊ benignitate domini noſtri
ieſu chriſti per quem ⁊ cum quo pa
tri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſancto in ſe
cula. Amen

## Home. xlix.

ex capitulo ſeptimo

Dicebant ergo quidam ex hie
roſolymis. Nonne hic ẽ quẽ
querunt interficere? ⁊ ecce
palam loquitur: ⁊ nihil ei dicũt. Nũ
quid vere cognouerunt principes
quia hic eſt chriſtus? ſed hunc ſcimꝰ
vnde ſit. Nihil in diuinis ſcripturis
temere poſitum eſt. quippe que ſpiri
tu ſancto prolate ſunt. Quamobrez
omnia diligenter inueſtigemus. ete-
nim ex vna particula: totam poſſu-
mus inuenire ſententiam que nobis
in preſentia proponitur. Multi eniz
ex hieroſolymis dicebant. Nonne
hic eſt quem querunt interficere? ⁊
ecce palam loquitur: et nihil ei di-
cunt. Cur ex hieroſolymis dixit? vt
oſtenderet euangeliſta: ꝙ qui multa
⁊ magna videbant: miracula ij miſe
rabiliores erant. Qui maximum di
uinitatis ſignũ acceperant: perdito
rum principum iudicium ſequeban
tur. Nonne maximum fuit: inſanien
tium homicidarum: ⁊ inſidiantiuz: ⁊
querentium ſe interimere: ⁊ iaz com
phẽdentium: furorem ſedare. Quis
hoc feciſſz? Quis tantam tam facile
extinxiſſz inſaniaz? Tamen poſt tot
ſigna ſtultitiam eorum atqꝫ inſaniaz
intuere. Nonne hic eſt quez querũt
interficere? Vide quo pacto ſeipſos
accuſant. Querunt interficere ⁊ ni-
hil ei dicunt: ecce palam loquitur.
que loquendi libertas magis eos ir
ritabat. ſed nihil faciebant. Nũquid
vere cognouerunt principes quia
hic eſt chriſtus? Vobis autem quid
videtur? quam de eo fertis ſententi-
am? Contrariam inquit. propterea
dicebant. Sed hũc ſcimus vnde ſit.
O maliciam: o pertinaciam. non ſe-
quuntur principum ſententiam. ſed
aliam corruptam afferunt: proprie
ſtulticie conſentaneaz. Scimus hũc
inqt vñ ſit. Atq̃ principes veſtri in
terrogati dicebant in bethleem na-
ſciturum. Et iterum quidem alij.
Nos ſcimus ꝙ Moiſi locutus eſt
deus. hunc autez neſcimus vnde ſit
Scimus vnde eſt. ⁊ neſcimus inqui
unt: verba profecto ebriorum. Et
iterum. nunquid ex bethleem caſtel
lo? Ecce inſanorum ſententia. Sci-
mus ⁊ neſcimus. A bethleem venit
chriſtus. Et cum veniet chriſtus ne
mo nouit. Quid hoc magis contra-
rium? Id enim tantum ſibi per-
ſuaſerant: ne crederent. Quid ergo
ad hoc chriſtus? Et me ſcitis ⁊ vn
de ſum ſcitis: ⁊ a meipſo non veni.
ſed eſt verus qui miſit me: quẽ vos
neſcitis. ⁊ alio in loco. Si me ſcire-
tis: ⁊ patrem meum ſciretis. Quo-
modo ergo dicit a iudeis ſciri vnde
ſit. Et iterum. neqꝫ ſe neqꝫ patrem
ab iiſdem ſciri? num contraria lo-
quitur? Abſit. Sed valde ſibi con
ſtat. alteram autem dicit ſententiã.
dicendo neſcitis. queadmoduz cum

dicit Filij Heli filij Belial neſciētes
dñm. Et iterꝫ. Iſrael aūt me non co
gnouit. Et Paulus. Confitentur ſe
noſſe deum. factis aūt negant. Stat
igitur vt qui ſciat neſciat. Inquit er
go. Si me ſcitis: ſcitis quia dei filiꝰ
ſum. Illa aūt particula. vnde ſum: lo
cum non denotat. vt ex ſequentibꝰ
conſtat: et a meipō non veni. ſed ve
rus eſt qui miſit me: quem vos neſci
tis. Ex quo notat operū inſcitiā: ſic
et Paulus inquit. Confitētur ſe noſ
ſe deū. factis aūt negant. Neqꝫ enim
inſcitie peccatū erat. ſed praui animi
qui cum ſcirent: ſcire nollent. Sed q̄
nam hec conſequentia? Quō enim re
prehendendo: eoꝝ dicta confirmat?
Nam cum illi dicerent. Hunc autem
ſcimꝰ vnde eſt. addidit ⁊ me ſcitis.
Quid enim dixerunt illi? Ne neſcirēt
Minime. ſed ſe quoqꝫ ſcire profitebā
tur. Verū ea ſententia: ꝙ ſoluꝫ e ter
ra eſſꝫ ⁊ fabri filiꝰ. ipē autem in celuꝫ
eos erexit inquiens. Scitis vnde ſū
hoc eſt. non ex hoc mundo: vt ſuſpi-
camini. ſed vnde ille qui miſit me. di
cendo autem. A meipō non veni: ſi-
gnificat eos ſciſſe a patre miſſuꝫ. licꝫ
non ꝯfiterētur. Dupliciter ergo eos
reprehendit. Et primū quidē que ſe-
crete loquebantur in medium addu
cit: apte eos cōfundens. Deinde cē
mentem eorum apit quaſi dicat Nō
ſum vilis: non ſuꝫ abiectꝰ. ſed verus
ē qui miſit me quē vos neſcitis. hoc
eſt ſi verus eſt: in veritate miſit. Si
verus eſt qui miſit: verum eſſe ⁊ qui
mittitur: non eſt ambigendum. Pre
terea: et ꝓprijs eos conuincit ratio-
nibus. Cum enim dicerent. Chriſtus
cum venerit nemo ſcit: vnde ſit. hinc
oſtendit ſe eſſe chriſtum. Etenim illi
hanc particulam. nemo ſcit: ad diſtā
tiam localis cuiuſdam diffinitionis
dicebant. Unde ſe chriſtum eſſe: ⁊ a
patre veniſſe: profitetur: et ſemper
ſibi duntaxat: patris cognitionem cē
teſtatur dicens. Non ꝙ patrem q̄s
vidit: niſi qui eſt a patre. quibꝫ ver
bis irritati ſunt. Dicendo enim Ne-
ſcitis eum: ⁊ ſcitis: ſcire diſſimulatis
nō īmerito eos tāgebat ⁊ irritabat
Querebant ergo euꝫ apprehendere
et nemo miſit in illum manum. quia
nondum venerat hora eius. Uides
ne eos inuiſibiliter detentos: ⁊ furo-
rem eorum cohibitum? Cur autem
non aperte dixit. ſed tantum. Non-
dum venerat hora eius? humilius
loqui voluit: vt homo crederetur.
Cum enim frequenter ſublimia de ſe
loquatur. hac gratia hec nonnūquā
interſerit. Cum autem dicit ab ipſo
ſum. non vt propheta. ſed vt qui eū
viderit: et cum eo fuerit: loquitur.
Noui eum inquit quia ab ipſo ſum.
Uides quo pacto vndiqꝫ id dictum
confirmat? A meipſo non veni. Et
illud. Qui miſit me verus eſt. id cō-
tendens: ne deo alienus putaretur.
Et conſidera quantum in hac ver-
borum humilitate exiſtat vtilitatis
Poſt hec multi inq̄t dicebant. Chri
ſtus cum venerit nūquid plura ſig-
na faciet: q̄ꝫ que hic facit? Quenam
ſigna? Atqui: tria tantum ab euan-
geliſta memorantur: vini paralitici
et filij reguli. Ex quo conſtat: quod
ſepe alias dixi: multa pretermiſſa ab
euāgeliſtis: et principum maledicta
pluribus verbis enarrata. Quere-
bant ergo eum apprehendere: et inte
rimere quidam videlicet. non multi-
tudo (que non affectabat principa-
tum: neqꝫ capiebatur inuidia) ſed ſa
cerdotes. Multitudinis ea erāt ꝟba
Chriſtꝰ cum venerit nunquid plu
ra ſigna faciet? Uerūtamē nō firma
eorū fides. ſed qualis abiecte ſolꝫ cē
multitudinis. Illa enī particula. cū

venerit non multum credentiū erat
ꝙ eſſet chriſtus. aut ergo hac ſentē
tia aut per conceſſionem dictum eſt
a turba: acſi conantibꝰ principibus
ſemper perſuadere eum non eē chri
ſtum: ipa diceret. Eſto non ſit chri
ſtus. at cuz venerit: nuz melioꝛ erit?
Nam vt frequenter dico: qui craſ
ſioꝛi ſunt ingenio: non doctrina et
oꝛatione. ſed ſignis alliciuntur. Au
dierunt ergo phariſei turbam mur
murantem: ⁊ miſerunt miniſtros: vt
apprehenderent euz. Uides ꝙ ſabba
ti ſolutionem cauſabātur. ſed quod
maxime eos angeret hoc erat? Nūc
enī nihil habebant quod accuſarēt
neqꝫ re: neqꝫ verbis: ꝓpter turbaz ta
men eum apprehendere voluerunt.
Ipi autem ꝓpter periculum non ſūt
auſi. ſed miſerunt miniſtros. O vio
lentiam o ſtultitiam: vel inſaniā po
tius. Cum ſepe conati eum apprehē
dere non potuerint: miniſtris māda
runt. Atqui multa apud ꝓ ſcinaz lo
cutus eſt: et nihil tale moliti ſunt.
Queſiuerunt quidez non tamen tē
tarunt. Nanc non amplius perpeti
untur: cum turba eum eſſz conſecu
tura. Quid ergo chriſtꝰ? Adhuc mo
dicum tempus vobiſcum ſum. Cum
poſſz ⁊ flectere ⁊ perterrere audien
tes: quātauis loquitur humilitate?
quaſi dicat. Quid me interficere que
ritis? quid me perſequimini? Modi
dicum expectate: et non querentibꝰ
vobis: me vobis capiēdum exponā
Inde ne quis cōmunez moꝛtē arbi
traret. cū dixiſſz. Adhuc modicū tē
pus vobiſcum ſuz: ita enī arbitrabā
tur: vt hanc tolleret opinionem. qꝛ
nemo poſt finē ꝓhibz. ſubdit. Et vbi
ſum ego: vos nō poteſtis venire. nā
ſi ꝑmanſurꝰ fuiſſz in moꝛte: ire ſane
potuiſſent. eo nanqꝫ oēs ꝓficiſcimur
Simplicioꝛ autem multitudo his
verbis mouebatur. audacioꝛ time

bat: ſtudioſioꝛ feſtinabat ad audien
dum: acſi breue ſibi tempus relinq̄
retur ad eius doctrinam percipien
dam. Et non dixit hic ſum. ſed nobiſ
cum. hoc eſt. quamuis me perſequa
mini. q̄uis exagitetis. non ceſſabo
tamen quin vos edificez: ⁊ que ſalu
ti vobis ſunt predicem: et admoneā
Et vado ad eum qui miſit me. Hec
particula ſufficiens erat: que terro
rem incuteret: et ſolicitudinem. Qu
enim ſe indigerent oſtendit. Queri
tis enim me inquit: non ſolum obli
uioni non mandabitis. ſed queretis
me ⁊ non inuenietis. Et vbinā q̄ſi
erunt eum iudei? Dicit Lucas ꝙ plā
gebant mulieres ſuꝑ eo; ita ⁊ alios
multos credibile eſt: et ſtatiz captis
hieroſolymis: chriſti ⁊ miraculoꝛum
eius meminiſſe: et euz deſideraſſe de
buerunt. Hec autem ait Jeſus: vt
eos alliceret. Qui enim modicuz tēpꝰ
relinqueretur ⁊ poſt abitum ſuū de
ſideraretur: neqꝫ enim potuerit am
plius inueniri ſitis eos allicere de
buiſſz. Nā ſi non erat futuz: vt deſi
deraret: nihil ꝑſuaſione dignuz dixiſ
ſet. Si vero deſiderandus erat ⁊ tū
potuiſſz inueniri: non multū eos mo
uiſſz. At ſi diutius cum ijs ꝑmanſu
rus fuiſſz. hoc etiam eos negligenti
oꝛes reddidiſſet. his autem verbis
plurimum eos excitat et perterret.
Hec autem particula. Uado ad euz
qui miſit me. nihil ſibi detrimenti eo
rum inſidias allaturas: ⁊ ſponte ſua
ſe paſſionem ſubiturum: ſignificat.
Duo ergo predixit. et ſe paulo poſt
abiturum et illos ad ipm non uen
turos: qđ nō fuit humanitatis vt fi
nem ſuū prediceret. Quare Dauid.
Notū mihi fac inq̄t finem meum: ⁊
numerū dieꝝ meoꝝ quis ē: vt ſciam
quid deſit mihi. et ꝑfecto nemo hoc
nouit. Ex vno autem ⁊ alterum cō
firmatur. Ego autem hec verba ad

miniſtros dicta arbitror: vt eos ma
xime alliceret: oſtendendo ſe aduen
tus eorū cām intelligere. Quaſi di
ceret. Expectate paulum ⁊ abibo.
Dicebant ergo iudei ad ſemetipſos.
Quo hic iturꝰ eſt? Atqui illi deſide
rabant et totis viribus nitebantur
vt abiret: ne eū viderent. Quāobrē
non erat eis querēdū quo eſſꝫ iturꝰ.
ſed preferenda leticia. ⁊ rogādū qn̄
abiret. Uerum mouētur his verbis
⁊ ſecū ſtulte ſuſpicantur. quo abitu
rus ſit. Nunquid in diſperſionē gē
tium? hoc eſt qđ iudei diſperſionem
gentes appellabant. quia vbiqꝫ diſꝑ
ſe eſſent: ⁊ promiſcuo inuicem miſce
rentur: quā ignominiā ipi poſtmo-
dum ſubierūt. ipi nanqꝫ facti ſunt di-
ſperſio. Antiquitus enī iudeorū na
tio in ſola paleſtina: ⁊ nuſꝗ̄ alibi: in-
ueniebatur. Propterea diſperſionē
gentiles vocabant: eis exprobrando:
ſe iactādo. Et aūt dicit. Quo ego va
do vos nō poteſtis venire. illis om
nes tunc cōmixti erant: ⁊ vbiqꝫ ter-
rarum erant iudei. Non ergo ſi gen
tes ſignificaret diceret. q̄ vado vos
non poteſtis venire. Nā illis dicen
tibus. nūquid in diſperſionē gētiū
iturus eſt? non vt offenderet. ſed do
ceret hijs viſus eſt verbis: quibꝰ ſeda
ta ira crediderunt: neqꝫ enī aliter q̄-
ſiſſent inuicem quid diceret. Uerum
hec illis dicta ſunt. ſed timendum ne
in nobis quoqꝫ ea verba locum ha-
beant: ꝙ vbi eſt: venire nō poſſumꝰ
Siquidē vita noſtra ſcelerū plena
eſt. De diſcipulis enim ait. Uolo vt
vbi ego ſum ⁊ illi ſint mecū. De no
bis cōtra timeo ne dicatur. Ubi ego
ſum vos non poteſtis venire. Quo-
modo enī poterimꝰ. cum contraria
ꝗ̄ precipiamur: operemur. Etenim
inter ſeculi homines: ſi quis militū
preter regis voluntatē facit: ad re
gem non admittitur. ſed munere et

dignitate exautoratus: vltimo affi
citur ſupplicio. Itidem ⁊ nos cū cu
piditati ſeruimus: cum rapimus: cū
vim inferimus: cū verberamus: cū
non facimus elemoſynam: illuc nul
lo pacto admittemur. ſed id nobis:
quod de virginibus: accidet: quibꝰ
ad ſponſū ingredi non licuit. ſed ex
tinctis lampadibus. hoc eſt gratia
deficiente: abierunt. Etenim ignem
illū quē ſpūs gratia ſtatī accipimꝰ
modo velimus: augebimus. ſin minꝰ
extinguetur: quo extincto: ſole tene
bre aīas noſtras occupabūt. Ut eī
ardente lampade: lux vndiqꝫ diffun
ditur ita extincta: occupant tenebre
Ideo inquit nolite ſpiritū extingue
re. Extinguitur enī cū oleū deficit
cum vehementior quedam vis vēti
perflat: cum comprehēditur. ⁊ arctū
cogitur. Sic enī ignis extinguitur.
Comprehenditur nanqꝫ a curis ſe-
cularibus. extinguitur malis cupidi
tatibus. Nihil preterea ita eum ex
tinguit: vt īhumanitas: rapina: cru
delitas. Quando enim olei defectui.
aquam etiam frigidā ſuperaddimꝰ.
hoc eſt cupiditatem: iniuſtorum ani
mas perdentem. quō iterū poterit
accendi? Cum ergo hinc migrabimꝰ
⁊ cinerem ⁊ puluerem referemus: at
qꝫ etiam fumū denſiorē: qui nos ac
cuſabit ꝙ lampades extinguerimus
Ubi enim fumus eſt: neceſſario illic
ignis eſt extinctus. ſed abſit vt hāc
quiſpiam vocē audiat. Neſcio vos
Audiemus enim ſi viſo paupere: iti
dem acſi non videremus afficimur?
ſi eſurientem chriſtū ignorabimus
ignorabit ⁊ ipe nos: cum miſericor
dia indigebimus. ⁊ merito quidem.
Qui enim miſerum negligit: qui nō
opitulatur indigenti. quo vultu ali
ena poſtulabit? Quamobrē curemꝰ
queſo: annitamur ne decidamus a
miſericordia ſed impleamus lampa-

daſ:ad ſponſum in talamum ingredi
amur:ad quem vtinam omnes ad
mittamur:gratia ⁊ benignitate dñi
noſtri Jeſu chriſti per quem et cum
quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſan
cto in ſecula

## Homel l

ex capitulo ſeptimo.

In nouiſſimo autem die magno feſti
uitatis:ſtabat Jeſus et clamabat di
cens. Si quis ſitit veniat ad me et
bibat. Qui credit in me ſicut dicit
ſcriptura. flumina de ventre ei⁹ flu
ent aque viue. Qui ad diuinam acce
dunt predicationez:et fidei vacant:
ſitientium eos deſideriũ pre ſe ferre
oportet. ita eniz quã audient doctri
nam poterunt fideliter cõtinere. Et
enim qui ſitiunt:poculũ q̃ cupidiſſi
me hauriunt:et ita recreantur. itidẽ
et qui diuinos ſermones audiunt:ſi
ſitientes acceperint:nunq̃ fatigabi
tur:quoad totum biberint. Ut enim
ſemper eſurire ⁊ ſitire oporteat. Be
ati inquit qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iu
ſticiaz. Et hoc in loco. Si quis ſitit
veniat ad me ⁊ bibat. hoc eſt. Nemi
ni vim facio:neminem traho. ſed ſi
quis libens ⁊ promptus accedit. ſi
quis ardet deſiderio hunc ego aduo
co. Sed quanam gratia euangeliſta
nouiſſimuz diem magnum feſtiuita
tis fuiſſe admonuit? Etenim ꝑmus
⁊ vltimus magnus erat. medij autẽ
potius in delicijs conſumebantur.
Cur igitur in nouiſſimo? quia om̃es
conueniebant. non ita in primo: et
cauſam dixit fratrib⁹. ſed neq̃ ſcdo
neq̃ tertio quicq̃ tale locut⁹ eſt:ne
irrita verba caderent cum delicijs
vacaturi eſſent. Nouiſſimo aũt quo
niam domũ erant redituri: prebet
eis ad ſalutem viatica: ⁊ clamabat.
hoc eſt fidenter loquebatur. ⁊ hoc ꝓ
pter magnam turbam. Et vt de ſpi
ritali potu loqui ſe oſtenderet: addi
dit. Qui credit in me ſicut dicit ſcri
ptura. flumina de ventre eius fluent
aque viue. Uẽtrem cor dicit vt alio
in loco. Et legez tuã in medio ven
tris mei. Et vbinam dicit ſcriptura
flumina de ventre eius fluent aque
viue? Nuſq̃. Quomodo igitur hic
textus intelligitur? Hoc in loco ita
diſtinguendum eſt: vt hec particula
flumina de ventre eius fluent aque
viue: chriſti ſententia ſit. Cum enim
multi dicerent. Hic eſt chriſt⁹. Chri
ſtus quando venerit nũquid plura
ſigna faciet? rectam habendaz cogni
tionem: neq̃ ita ſignis vt ſcripturis
credendum aſſerit. Nam multi cum
miracula facientẽ viderent. chriſtuz
tamen non arbitrabãtur. Debebãt
nanq̃ dicere chriſtum a ſemine Da
uid venire: vt frequenter dicebant.
quare vult innuere eorum ſe nõ fu
gerẽ aſſertionez. Ideo ꝗ ad ſcriptu
ras iterum relegat. ſuperi⁹ enim di
xerat. Scrutamini ſcripturas. Et
iterum. Scriptum eſt in prophetis.
Et erunt omnes docibiles dei. et
Moiſes vos accuſat. Et hoc in loco
ſicut dicit ſcriptura. flumina de ven
tre eius fluent aque viue: vt abun
dantiam ⁊ copiam gratie ſignificet:
vt et alibi fons aque ſalientis in vi
tam eternam. hoc eſt multam grati
am conſequetur. Alibi vitã eternaz
hic aquaz viuam dicit. hoc eſt ſemꝑ
operantez. Spiritus eniz gratia: cũ
menti illapſa eſt: eamq̃ irrigarit: om
ni fonte vberius ſcaturit: nunq̃ defi
cit: nunq̃ vacuatur: nunq̃ ſtat. Si
mul autem ⁊ indeficientem copiam
et incredibilez operationez: ⁊ fontẽ:
et fluuios appellauit. et non vnũ. ſed
innumeros. Et illic ſalientis ꝓ inun
dantis poſitum eſt: qđ facile quiuis
deprehendere poterit. ſi Stephani
ſapientiã. Petri linguaz. Pauli vim

cōſideraueriṫ. Quo pacto nihil eos
extulit: nihil deiecit: non populorū
furor: non tyrānorū ꝑſecutiones: nō
demonum inſidie: non q̄tidiane mor
tes: ſed more fluminis: vehementi la
pſu delati: omnia trahētes euaſerūt
Hoc aūt dixit de ſpiritu quem acce
pturi erat credentes in eū. Nondū
enim erat ſpūs datꝰ. Qūo ergo ꝓphe
te ꝓpharūt: ⁊ innumera opati ſūt mi
racula? Apoſtoli enī non ſpū ſed eiꝰ
virtute eijciebant vt ipe. Si ego in
belzebub eijcio demonia filij veſtri
in quo eijciunt? Hoc autē dicebat:
vt non omnes ſpū ante crucem. ſed
ipſius virtute eieciſſe oſtenderet. Sꝫ
cuꝫ dimiſſurꝰ eos eſſꝫ tunc dixit. Ac
cipe ſpūm ſanctum. et iteruꝫ. Venit
ſuper eos ſpūs ſanctus. ⁊ tunc ſigna
fecerunt. Cum autē miſit. non dixit.
Dedit eis ſpūm ſanctuꝫ. ſed dedit eis
poteſtatē dicens. Leproſos mūdate.
demonia eijcite. mortuos ſuſcita-
te. gratis accipite: gratis date. Pro-
phetis aūt ab omnibꝰ cōfeſſum eſt:
ſpūm ſanctū datū. Verū ipa gratia
contracta ⁊ ſeparata erat ⁊ a terra
diſceſſerat: ex quo dictum eſt. Relin-
quetur domꝰ veſtra deſerta. et ante
illam dieꝫ iam deficere ceperāt. Siq
dem non amplius apud eos ꝓpheta
erat: neqꝫ gratia eorum ſacra tuebatˀ
Cum igitur ſpūs ſanctˢ cohibitꝰ eſſꝫ
tum iā diffundi largiter debuit: qḋ
poſt cruceꝫ cepit exordium. non tm̄
vt largius. ſed vt maiorībꝰ gratijs
abundaret. Etenim mirabilꝰ donū
erat vt cum dicit. Neſcitis cuiꝰ ſpūs
eſtis. et iterum. Non enim accepiſtis
ſpūm ſeruitutis. ſed adoptionis. Nā
⁊ antiquitꝰ ſpūm habebant. ſed alijs
non largiebantur. Apoſtoli aūt in-
numeros implebant. Cum aūt hāc
eſſent accepturi gratiā: nondū datā.
Ideo de hac inquit euāgeliſta. Nō-
dum enim erat ſpūs datus. quia Je-
ſus nondum erat glorificatus. hoc ē
crucifixus. Cum enī inimici ⁊ pecca
tores ⁊ diuino munere puati: ⁊ odio
digni eſſemꝰ. gratia aūt reconciliati
onis eſſꝫ indiciū. cū qꝫ munꝰ non ini
micis. non hoſtibꝰ. non odio habitis
ſed amicis ⁊ familiaribus detˀ. opor
tuit primum pro nobis ſacrificium
offerri ⁊ carnis inimicicias diſſolui.
⁊ deo amicos fieri: et inde munꝰ ac-
cipere. Nam ſi hoc in promiſſione
Abrae factum eſt: multo magis in
gratia. Quod ſignificans Paulꝰ in-
quit. Si enim qui ex lege ſunt: here
des ſunt: exinanita eſt fides. Lex enī
irā operatur. hoc eſt. Promiſit deus
Abrae ⁊ ſemini eius daturum terrā
⁊ nepotes eiꝰ promiſſione indigni re-
perti ſunt: ⁊ ꝓprijs laboribus place
re non potuerunt. Propterea acceſ
ſit fides: res facilis: que gratiam ad-
duceret: neqꝫ in caſſum caderent ꝓ-
miſſiones. Ideo ex fide dicit vt ſm̄
gratiaꝫ firma eſſꝫ ꝓmiſſio. ſcḋm gra
tiaꝫ autem. qm̄ labore ſuo non pote
rant. Sed quanam gratia. cū inquit
ſm̄ ſcripturas: non adducit earū te-
ſtimonium? Quoniaꝫ corrupte erāt
ſententie. Alij enim dicebant. hic eſt
vere propheta. Alij. ſeducit turbam
Quidā. nūquid ex galilea venit xp̄s
Nonne ſcriptura dicit quia ex ſemi
ne Dauid: et bethleem caſtello? ⁊ va
ria erat ſentētia: vtpote ī turba. Ne
qꝫ enī diligenter verbis eiꝰ attende-
bant: neqꝫ vt diſcerent. Propterea
nihil eis chriſtus reſpōdit: quis di
cerent: nunquid ex galilea chriſtꝰ ve
nit? Et Nathanael contumelioſius
dicentem. A Nazareth poteſt aliqḋ
boni eſſe? laudauit: tanqꝫ verum iſra
elitam. Siquideꝫ hi: qui ad Nicode
mum dixerant (Scrutare ⁊ vide q̄
ex galilea non ſurrexit ꝓpheta) non
diſcendi gratia querebāt. ſed vt xp̄i
gloriam penitus euerterent. ille aūt

deſiderio tantū veritatis: ⁊ diligēti
veterum ſcripturaruꝫ ſcientia. Qua
re hoc in loco nihil eis aperit: nihil
exponit. Qui enim ſibiipſis cōtraria
loquebantur. et nunc neminē vn̄de
veniret ſcire. nunc ex bethleem eſſe
aſſerebant. conſtat etiaꝫ ſi didiciſſēt
contradicturos. Eſto enim locū ig-
norarent. ꝙ ex bethleeꝫ. quoniā eſſꝫ
educatus in nazaret. nō tn̄ ꝓpterea
excuſabantur. Non eniꝫ illic natus
eſt. Nunquid ⁊ genus ignorabant:
ꝙ ex domo ⁊ patria Dauid? Qn̄o er
go dicebant. Nūquid ex ſemine Da
uid venit chriſtus? Sed hoc illo mō
abſcondere volebant: ⁊ verſute oīa
loquebantur. Sed qua gratia xp̄m
non interrogarunt dicentes. Cum
alia quidem oīa in te admiremur: iu
bes āt tibi ſm̄ ſcripturas credi? Dic
nob̄ quomodo. Scripture ei dicūt:
ex bethleeꝫ chriſtū venturū. tu autē
ex galilea veniſti. Uerum nullis hu
iuſmodi verbis vſi ſunt. ſed oīa ꝑuer
ſe loquūtur. Qꝛ enim nollent qcꝙ̄ di
ſcere: ſtatim ſignificat euāgeliſta. ꝙ
quidaꝫ ex ipſis volebant eū apprehē
dere. ſed nemo miſit ſuper illū manꝰ.
Nam etſi nihil aliud. hoc ſalteꝫ eos
cōpūgere debuiſſet. Uerū non ſunt
compūcti vt inquit ꝓpheta. Diſſipa-
ti ſunt ⁊ nō ſt̄ ꝯpūcti. Eiuſmodi eniꝫ
malicia eſt. Nulli vult cedē. ad vnū
tm̄ reſpicit: vt eum cui inſidiatur: ꝑ-
dat. Sed quid dicit ſcriptura. Qui
fodit foueam proximo: in eam inci-
dit: quod vſu tunc venit. Ipſi enī vo
lebant chriſtum interimere. vt predi
cationeꝫ tollerent. ſed contra euenit
Siquidem predicatio xp̄i gratia flo
ruit. illorum vero doctrina extincta
periit: patriam: libertatē: licentiam:
⁊ cultū veterē perdiderunt: ⁊ omni
priuati ſunt felicitate: in ſeruitutem
⁊ captiuitatem adducti. Quibus ad
moniti: nulli inſidias tendamus ſciē

tes ꝙ in nosipos enſem acuimus: et
maioreꝫ nobis plagā infligimꝰ. Sed
egretulit quiſpiam ſe offendi: ⁊ vult
vlciſci. Noli queſo. nō vlciſcendo eū
vlciſci poteris. vlciſcendo vero non
vlciſceris. Nec que dico nugas arbi
trere. ſed veritatem. Qn̄o? quoniam
qui non vlciſcitur: deo relinquit vl
tionem. qui vlciſcitur minime. Mihi
enī inquit vindictam ⁊ ego retribuā
dicit dominꝰ. Nam ſi ſerui noſtri ri-
xantes inuicem: nulla noſtri ratione
habita. ipſi ad vindictam vertuntur
⁊ ſi ſepius poſtmodum nos rogent.
non ſolum non eos vlciſcimur. ſed in-
dignamur: ſceleſtos: ⁊ flagicioſos ap
pellamus. ⁊ nobis id cognoſcendum
relinqui oportuiſſe dicimus. Cuꝫ eī
tibi vltionem preſumpſiſti: nihil am
plius in illum indignatur dominus.
hoc lōge magis deus dicet: qui nos
admonet vt ſibi omnia permittamꝰ
Quid enim non abſurdū ſit: vt q̄ a
ſeruis ⁊ pueris noſtris tantā mode
ſtiaꝫ: tantā obedientiā exigimus eā-
deꝫ domino noſtro non exhibeamꝰ?
Hoc auteꝫ dico quoniā taꝫ ꝓmpte
inuicem vlciſci contendimus. ſed ve
re pb̄antem hoc facere non oportet
ſed ignoſcere ⁊ dimittere: qd̄ in nos
peccatur. etiamſi illud non eſſet ma
gnum premiū: veniaꝫ pro eo accipe
re. Sed dic queſo: ſi peccantem rep̄
hendis: cur ipe peccas. Cur eadem
admittis? Iniuriam tibi intulit. noli
contra inferre. Perterruit: noli ꝑ-
terrere. cum nullam inde aſſequaris
vtilitateꝫ. Merore te affecit: noli vi
cem reddere. naꝫ illi ſimilis efficeris
et tu nihil lucraris. ſed ſi manſuete ꝑ
fers: forte ipſuꝫ corriges. ita eī pudo
rem incuties. ita irā ſedabis. Nemo
malo malum ſanat. ſed bono malum
Hec apud gentes nonnulli philoſo
phātur: que cum in erroris ſtulticia
tantaꝫ pre ſe ferant ſapientiā. pudet

nos:vt inferiores deprehendamur.
Multi iīnria affecti:equo animo tu
lerunt. Multi falſo accuſati in vltio
nez non proruperunt. Inſidiatores
beneficijs proſecuti ſunt Non parū
verendum eſt:ne apud illos:qui vi-
ta nobis preſtantiores ſint: inueniā
tur.neue nos maiori cruciatui ob-
noxios:faciant Nā ſi qui participes
ſum⁹ſpūs:q̄ dei regnuz expectam⁹ q̄
celeſtium cognitionez habem⁹ :qui
non formidam⁹ gehennā:qui angeli
fieri iubemur : qui diuinis fruimur
myſterijs : ne ea quidez qua illi vir
tute pollemus:quid nobis ſperādū
eſt? Qz ſi iudei nobis ſuperandi ſunt.
Niſi inquit abundauerit iuſticia ve
ſtra plus q̄z ſcribarum ⁊ phariſeorū:
non intrabitis in regnum celorū.lō
ge magis gentiles.ſi phariſei:magis
infideles .Si non ſuperātib⁹ nobis
illorū vitā:celoruz regna claudūtur
quomodo ea conſequemur ſi gentili
bus peiores inueniemur? Abijciam⁹
ergo dilectiſſimi omne odium: iram
indignationez .Eadem dicere mihi
quidez non moleſtum:vobis autem
tutuz.Etenīz medici eadez ſepe me
dicina vtuntur:⁊ nos eadez veſtris
auribus inſtillare:in memoriā redu
cere:docere:hortari:nō ceſſam⁹.Et
enim magna ſecularū rerum turba:
horum obliuiſcimur. Quare ne ī caſ
ſum hic colligamus opere confirmē
tur:vt futura bona conſequamur:
gratia ⁊ benignitate domini noſtri
Jeſu chriſti per quem ⁊ cum quo pa
tri gloria ſimul, ⁊ ſpiritui ſancto in
ſecula

## Home. li.

ex capitulo octauo

Venerūt ergo miniſtri :ad pō
tifices ⁊ phariſeos.⁊ dixerūt
eis illi.Quare nō adduxiſtis
eum? Reſponderunt miniſtri . Nūq̄z
ſic locutus eſt homo:ſicut hic loqui-
tur. Nihil veritate clarius:nihil ſim
plicius:niſi maligni eſſe velim⁹Quē
admodum nihil malignis obſcurius
nihil verſuti⁹Ecce vt phariſei ⁊ ſcri
be:qui ſapientia preſtare videbant:
qui cum xp̄o ſemꝑ verſabantur .vt
ei inſidiarentur :licz miracula vide-
rint et ſcripturas, legerint. non mō
nihil vtilitatis:ſed damni plurimuz
acceperunt.miniſtri aūt:etſi nullam
eiuſmodi materiam haberent. vno
tm̄ ſermōe perſuaſi ſūt.et qui ad chri
ſtum capienduz ierant:eius admira
tione capti redierunt'. Neq̄z eorum
tanta ſapientia admiranda eſt . ꝙ ſi-
gnis non eguerunt.ſed ꝙ ſola doctri
na crediderunt. Non eni dixerūt ne
minem vnq̄z ita miracula feciſſe.ſed
neminem vnq̄z ſic locutum. Nec ſa
pientia tm̄.ſed ⁊ audentia admiran
da. Siquidem ijs q̄ ſe miſerant ita
loquūtur.phariſeis videlz :q̄ omnia
faciebant ⁊ conabantur vt caperet.
Venerunt inq̄t miniſtri ad pontifi-
ces ⁊ phariſeos ⁊ dixerunt eis illi.
Quare non adduxiſtis eum . Qz aūt
venerint.longe magis fuit q̄z ſi apō
chriſtum remanſerint . Sic eni liber-
rati fuiſſent eorum moleſtia.nunc ꝑ-
cones fiunt ſapientie chriſti: ⁊ maio
rem pre ſe ferunt animum.neq̄z excu
ſant ſe propter turbam non potuiſſe
que cū tanq̄z prophetam ſequūtur.
ſed nūq̄z ſic locutus eſt homo .potu
iſſent ſane ita ſe excuſare . ſed animi
oſtendunt rectitudinem . Neq̄z tm̄
ſe illum admirari q̄z qui ſe miſerant
ad eum ligandum:quez audire debu
iſſent:accuſari viſi ſunt. Atq̄ breuez
chriſti audierunt orationem. Tanti
enim veritas eſt: vt incorrupto ani
mo longis ſermonibus minime op⁹
ſit. Quid ad hoc phariſei ? Cum com
pungi ⁊ mutare ſententiā oportuiſſz

contra faciũt: inuicem eos accuſant
dicentes. Nunquid ⁊ vos ſeducti
eſtis? Adhuc eis blandiuntur: ne
ꝗ in eos grauius inuehũtur: veriti
ne tandem diſcederent: tantuꝫ indi
gnationeꝫ pre ſe ⁊ leuitatem ferunt
Sed interrogandum erat quid ad
miratione dignuꝫ loqueretur qđ ca
uerunt. quippe qui ſine dubio ſe ca
ptum iri intelligebant. Perꝗ ſtulta
autem coniectura dicunt. Nunquid
aliquis ex principibus credit in eum
Jta chriſtum accuſatis: ⁊ non incre
dulos. Sed turba hec que nõ nouit
legem maledicti ſũt. Hoc enĩ magis
vos accuſat ꝙ turba credidit. vos
vero minime. Etenim illi cognoſcen
tium legem opa faciebant. Nũs er
go nonne maledicti qui non ſerua
bant legeꝫ ⁊ non illi qui legeꝫ ſerua
bant. Oportebat aũt nõ ab incredu
lis que non credebantur: accuſare.
Neꝗ enĩ rectus hic modus. Naꝫ ⁊
vos ñ credidiſtis deo vt Paulꝰ in
quit. Quid enim ſi non crediderunt
quidam? Nunquid incredulitas eo
rum fidem dei euacuabit? Abſit etenĩ
prophete ſemper eos accuſant dicẽ
tes. Audite principes ſodomorum.
Et principes tui non credunt. et ite
rum. Non veſtrum eſt noſſe iudiciũ.
Et vbiꝗ vehementius accuſatur.
Et quid chriſtum propterea quiſpi
am accuſaret? Abſit. Jllorum enim
hoc crimen. Quod autem aliud eſſe
poſſꝫ argumentum ꝙ legem non co
gnoſcitis: ꝗ ꝙ non creditis? Cũ enĩ
dixiſſent ꝙ nemo principũ credebat
in euꝫ. ſed qui legem ignorabant. me
rito eos arguit Nicodemus inqẽs
Nunquid lex veſtra iudicat hõieꝫ
niſi audierit ab ipſo prius? Oſtendit
autem eos neꝗ ſcire legem: neꝗ ſer
uare. Nam ſi lex iubet neminem in
terfici: niſi prius audiatur. ipſi autẽ
ante auditaꝫ cauſam iudicabant. cer
te legis trãſgreſſores erant. Et cum
dixiſſent neminem principum credi
diſſe in eum. adeo innuit euangeliſta
cum e principum numero fuiſſe. oſtẽ
dens etiaꝫ ex principibus crediſſe
Nondum aũt palaꝫ facere audebãt
erant tamen chriſto familiares. Vi
de autem ꝗ parce arguit. Non dixit
vos autem vultis eum interficere:
et temere: hominem vt errantem ac
cuſatis. ſed benignius: vt nimiuꝫ eo
rum temerarium impetum: crudelẽ
ꝗ ſedaret. Quãobrem ad legeꝫ ſuaꝫ
vertit orationem dicens. Niſi audi
erit diligenter ⁊ cognouerit qđ faci
at. Quare non ſolus ⁊ nudus requi
ritur auditus. ſed diligẽs: quod hac
particula ſignificatur. ⁊ cognouerit
quid faciat. quid velit: ⁊ quare: ⁊ cui
an tãꝗ hoſtis mores peruertat. Du
bitantes ergo cum dixiſſent neminẽ
principum in eum credere. Neꝗ ve
hementer: neꝗ remiſſe ad eum ſe cõ
tulerunt. ⁊ quenaꝫ hec conſequẽtia?
Dic queſo dicente illo. Lex noſtra ñ
iudicat quenꝗ: vt reſpondeant. Nũ
quid tu galileus es? Oſtendendum
nanꝗ erat non ab re pro eo miſiſſe:
vel ſi aſperius: minime ei eſſꝫ reſpon
dendum ſcrutare ⁊ vide quia a gali
lea propheta non ſurgit. quid enim
dixit homo? Ne propheta eſt: imo ꝙ
non iudicatus: non eſſꝫ morti tradẽ
dus: illi vero contumelioſe tanꝗ in
ſcio ſcripturarum reſpondent. Acſi
dicerent acquieſce nobis ⁊ diſce. hoc
enim innuũt dicentes. Scrutare et
vide. Quid chriſtus? cum multifari
am de galilea ⁊ ꝓpheta locuti eſſent
vt hanc alienam tolleret ſuſpicionẽ.
ꝙ vnus prophetarum et non mũdi
dominus putaretur. Ego inquit ſũ
lux mundi. non galilee: non paleſti
ne: non iudee. Quid iudei? Tu de te
ipſo teſtimonium perhibes. Teſtimo
nium tuũ non eſt verum? O inſaniã

ſcripturas vbiqꝫ adducit ⁊ dicunt.
Tu ď teipſo teſtimoniū ꝑhibes. Qď
autem perhibuit teſtimoniuꝫ? Ego
ſum lux mundi. Magnum dictu ⁊ ve
re magnum ſed non nimiū ipi admi
rati ſunt. Quoniaꝫ non ſe patri eq̄
parauit. Neqꝫ ſe eius filiū dixit: neqꝫ
deum. ſed lucem. reprehendere tñ vo
luerunt. nā maius hoc erat q̄ȝ dice
re. Qui ſequitur me non ambulat in
tenebris. Lucem ⁊ tenebras intelle
ctu perceptibiles dicit. hoc eſt non
manet in errore. Ubi ⁊ Nicodemū
allicit vt valde ꝓ̄ptum ⁊ fidentē
⁊ miniſtros laudat qui id fecerint.
hoc enī clamare ſignificat. ⁊ eos ad
audiendum confirmare vult ſimul ⁊
eos dolos ſtruere: et ī tenebris et er
rore verſari: neqꝫ lucem attingere:
oſtendit. Nicodemo: preterea in me
moriā reducit que ante dixerat. Om
nis qui male operat̄ odit lucē: et nō
vadit ad lucem: ne opa eius appare
ant. Cum enī neminez ex principibꝰ
in euz credere dicerent. ideo inquit.
Qui male opatur in lucem non pro
dire. non ex lucis defectu. ſed mentis
vitio. Reſponderūt ei tu de teipſo te
ſtimoniū perhibes. Ad qď ille. Et ſi
ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo. te
ſtimonium meū verum eſt: quia ſcio
vnde veni ⁊ quo vado. Uos autem
neſcitis vnde venio aut quo vado.
qď iam dixi. hoc iudei tanqꝫ iam di
ctuz proponunt. qď chriſtus arguit.
ſed id dixiſſe aſſeuerat propter eorū
ſuſpicionem: qui purū cū hominē ſu
ſpicabantur. Ex deo ſum inquit et
deꝰ ⁊ dei filiꝰ. deus aūt ſibiipſi idoneꝰ
teſtis. vos autem neſcitis: ⁊ ſponte
veſtra mali eſtis ⁊ videntes diſſimu
latis: ⁊ omnia ſcḋm humanam ſenten
tiam loquimini. neqꝫ quicq̄ȝ amplꝰ
q̄ȝ qď apparet intelligē vultis. Uos
ſcḋm carneȝ iudicatis: ⁊ queadmodū
ſcḋm carneȝ viuere male viuere ē. ita
et ſcḋm carneȝ iudicare. iniuſte iudica
re. Ego non iudico quenq̄ȝ. et ſi iudi
co iudicium meum verum eſt. hoc ē
iniuſte iudicatis. et ſi iniuſte iudica
mus inquiūt. qď nos ñ arguis? quid
non condemnas? Quia nō veni ad
hoc. ideo dicit ſe neminem iudicare.
⁊ ſi iudicet: verum eſſe iudiciū ſuum
Nam ſi vellem ex damnatorum nu
mero eſſetis. hoc autē non q̄ iudicē
dico. neqꝫ ideo non iudico: q̄ non ſi
dam. Nam ſi iudicareȝ: vos ſane cō
uincerem q̄ iuſte iudicarem. ſed nūc
iudicij tempus non eſt. Significat
futurum iudicium. quia ſolus nō ſū
ſed ego ⁊ qui miſit me pater: vbi in
nuit. non ſolum ſe iudicare. ſed etiaȝ
patrem: qď obtexit in teſtimonium
eius inducēs. In lege autem veſtra
ſcriptum eſt. quia duorum hominuȝ
teſtimonium veruȝ eſt. Quid hoc in
loco heretici dicerent? Quid chriſtꝰ
hominibus preſtaret ſi hoc ſimplici
ter acciperemus? In hominibꝰ eniȝ
ita inſtitutum eſt. quoniā nemo per
ſe fidedignus eſt. in deo aūt quō hoc
eſſȝ cōſentaneū? Quō ergo hec par
ticula intelligenda eſt? Nūquid q̄m
duo. an quoniam homines: ꝓpterea
duo? Nam ſi q̄m duo ſunt: qua grā
non confugit ad Johannem? Non
enim dixit teſtimoniū perhibeo ego
de meipſo: ⁊ de me Johannes. cur nō
ad angelum: cur nō ad ꝓphetas? In
ueniſſȝ eniȝ ⁊ alia innumera teſtimo
nia. ſed noluit hoc tm̄ ſignificare q̄
duo. ſed q̄ eiuſdeȝ ſubſtantie. Dicit
ei quis eſt pater tuꝰ? Reſpondit Je
ſus: Neqꝫ me ſcitis: neqꝫ patrē meuȝ
Cū enī ſcientes tanqꝫ inſcij: ⁊ vt eū
tentarent. ꝑcontarētur. indignos q
bus reſponderetur arbitratus eſt.
Propterea iam oīa aptius ⁊ auden
tius loquitur. quippe qui a ſignis et
ſequentiuȝ ſe doctrina accipiebat te
ſtimonium. et quia iam crux appro

pinquabat. Noui īquit vnde venio
qd̄ non nimium eos offendit: qd̄ aūt
addidit. Et q̄ ego vado. magis eos
perterruit. acſi non eſſ3 in morte p̄-
manſur⁹. Sed cur non dixit ſe ſcire
deum eſſe. ſed vnde veniret? Quia ſp̄
humilia magnis admiſcet: ea q̄3 vi-
ciſſim cohib3. Nam cum dixiſſ3: ego
teſtimonium phibeo de meipſo: id q̄3
oſtendiſſ3. ad humiliora deſcendit: q̄ſi
diceret. Scio a quo miſſus ſu3: 7 ad
quem vado. Quib⁹ verbis nihil ha
bebant: qd̄ contradicerent: nihil eī
falſi locutus ſum inquit. cu3 inde ve
nerim: 7 illuc ad verū deum vadam:
quē vos neſcitis. ideo ſm carnē iu-
dicatis. Nam ſi poſt tot argumēta
7 ſigna: adhuc verum nō eſſe dicitis
7 Moiſen de alijs 7 de ſe teſtantem
fide dignū iudicatis: chriſtum vero
minime. hoc eſt ſm carnem iudicare
Ego non iudico quenq̄3. Atq̄: etiam
patrē neminē iudicare teſtat̄. Quō
hic dicit. Et ſi iudico iudicium meū
verum eſt. quia non ſum ſolus? Ite-
rū ad illoꝝ loquitur ſuſpicionē. hoc
eſt: iudicium meū patris eſt. neq̄3 ali
ter q̄3 ego pater iudicat: neq̄3 aliter
ego q̄3 pater. S3 q̄nā gratia patris
meminit. Quia non dignu3 filiū cui
crederetur arbitrabantur: niſi pr̄is
preoccupaſſ3 teſtimonium. Alit̄ nō
ſtaret ſn̄ia. In hominib⁹ enī cū ſuper
alieno negotio duo teſtificātur: tūc
teſtimoniū eſt verum. hoc enim ē du
os teſtimoniū phibere. ſed hic nō ſūt
duo. Vides nulla alia ratiōe hoc di-
ctum: q̄3 vt patri conſubſtālis 7 alteri
us nō egere teſtimonio: 7 nulla alia
ex parte patri inferior oſtendatur?
Animaduerte preterea quanta cu3
auctoritate loquitur. Ego ſum q̄ te-
ſtimoniū phibeo d̄ meipſo: 7 teſtimo
nium phibet de me qui miſit me pat̄
Qui ſi ſubſtantia minor eſſ3: nō ſane
dixiſſ3. Nunc aūt ne numeri gratia
id poſitum arbitreris: nihilo inferio
rem poteſtatem intueri. Teſtimoniū
perhibet homo cum fide dign⁹ eſt:
non cum teſtimonio indiget: 7 hoc ī
re aliena. in propria autē ab alio ac
cipit. ipſe in re ſua non creditur. hic
autem cōtra. in ſuo enim negotio
teſtimonium perhibens: 7 ab alio ſe
habere aſſerens: dignum ſe fide dicit
vndiq̄3 ſuam ꝓponens auctoritatem
ſed qua gratia (cum dixit: non ſu3 ſo
lus: ſed ego 7 qui miſit me pater et
duorum hominum teſtimonium eſt
verum) addidit: ego ſu3 qui teſtimo
nium perhibeo de meipſo? vt ſcil3 q̄n
te eſſ3 auctoritatis oſtenderet: 7 pri
mum quidem ſeipſum poſuit. vt eq̄li
tatem indicaret: 7 nihil eos adeptu
ros: qui ſe patrem ſcire: ipm autē ne
ſcire dicerent. 7 hanc cauſa3 dicit. q̄
ipſum cognoſcere non velint. Ait ei
impoſſibile ſine ſui cognitione quē-
piam noſſe patrem: vt hoc ſalte3 pa
cto ad ſe cognoſcendum eos alliciat
ipſo enim contempto patrem ſemp̄
querebant quare inquit. Non ſpote
ſtis noſſe patrem ſine me. Itaq̄3 q̄
filio maledicunt: non ipi tantum ſed
7 patri maledicunt. Hec nos caue-
mus: 7 glorificemus filium. quippe q̄
niſi eiuſdem eſſ3 nature: nō ita dixiſ
ſet. Qui ſi tantum admonuit. alteri⁹
autem non erat ſubſtantie poterat
etiam ignorans patrem: cognoſcere
neq̄3 fuiſſ3 omnino cognoſcere. ſi pa
trem noſſ3. Neq̄3 enim qui homine3
nouit: nouit 7 angelum: imo inquit.
Etenim qui creaturam nouit: nouit
7 deum? minime: multi enim: vel po
tius omnes homines creatura3 no
runt. norunt ſane: 7 deum ignorant.
Glorificemus ergo dei filium. non
oris tantū gloria. ſed operibus: ſine
quibus ea nihil proficit. Vide: tu in
quit iudeus cognominaris: 7 requi-
eſcis in lege: 7 gloriaris in deo. qui

ergo alium doces teip̄m non doces
qui in lege gloriaris :per preuarica
tionem legis deum inhonoras. vide
ne quādo ⁊ nos in rectitudine fidei
gloriantes:non exhibendo vitam fi
dei conuenientem: deum inhonore-
mus: mendacem eum facientes. Et
enim orbis terrarum magiſtrum:fer
mentum:lucem:ſalem: vult eſſe chri-
ſtianuꝫ. Quid ſignificat lux? vite cla
ritatem:nihil obſcuritatis in ſe con
tinentem.non lux ſibiꝑpi vtilis eſt:
neqꝫ ſal:nec fermentum .ſed in alios
confert vtilitatem.ita nobis nō no
ſtra tantum vtilitas.ſed aliorum exi
gitur.ſal niſi ſalſum reddat:non ſal ſꝫ
aliud eſſe deprehenditur. Nam ſi ipi
benefecerimus:alijs erimus benefa
ciendi exemplum. Quouſqꝫ a bonis
operibus deſiſtemus nihil alijs con
ferre poterimus.nihil fatuum apud
nos:nihil molle ſit:⁊ ſolutuꝫ .qualia
mundi opera ſunt ⁊ cure ſeculares.
Propterea virgines fatue ſunt ap-
pellate:quoniam circa fatuas mūdi
curas vacabant.hic congregantes
vbi minime eſt reponendum. Veren
dum ſane ne id nobis accidat:ne ſor
didis veſtibus:eo accedamus : vbi
mundas ⁊ nitidas omnes induti ſūt
Nihil enim peccato ſordidi⁹:nihil i-
mundius:cuius naturam ꝓpheta in
terpretatus clamabat. Putruerunt
⁊ corrupte ſunt cicatrices mee. Ut ſi
peccati placꝫ cognoſcere turpitudi
nem.cōmiſſum conſidera :cum liber
non amplius eius perturbaris affe
ctu. tunc id cognoſces . Conſidera
iram cum ſedata eſt . Auariciam cū
ea non affeceris.intelliges profecto:
nihil turpius nihil ſceleſtius rapina
⁊ auaricia. Ideo frequenter repetu-
mus:non vt vos perturbemus:.ſed
vt maiorem in modum proſimus .
Nam q̄ vna n̄ corrigitur admoniti
one:corrigetur fortaſſe altera.⁊ quē
altera preterit:non preteribit tertia
Utinam autē omnes omnibus ma
lis liberi: chriſti ſuauitatem deguſte
mus:cui gloria cum patre ſimul et
ſpiritui ſancto ī ſecula ſeculoꝝ Am̄.

## Home. lii.
ex capitulo octauo

Hec verba locutus eſt Jeſus
in gazophilacio docēs in tē
plo et nemo apprehendit euꝫ
quia non venerat hora eius . O iu
daicam dementiam. Ante paſcha Je
ſum querebant:et in medio inuētuꝫ
conati eum ⁊ per ſe ⁊ per miniſtros
fruſtra comprehendere : non tamen
eius virtutem iterum formidarunt.
ſed in malicia perſiſtebant. Ut autē
id ſemper tentarent inquit . Hec lo
cutus eſt Jeſus in gazophilacio do
cens in templo:et nemo apprehēdit
eum. In tēplo loquebatur:more ma
giſtri:qđ magis eos mouere đbuiſſꝫ.
⁊ ad eos qui ipſum reprehendebant
⁊ calumniabantur:ꝙ ſe patri equa-
lem faceret. Illud enim duorum ho
minum teſtimonium verum eſt hoc
ſignificat. Verūtamen hec inquit lo
cutus eſt in templo tanqꝫ magiſter:
et nemo apprehendit eum quia non
dum venerat hora eius .hoc eſt paſſi
onis tempus. Quamobrem cuꝫ paſ
ſus eſt:non eorum poteſtati.ſed diui
ne diſpenſationi aſcribendum eſt ipi
eniꝫ iampridē voluiſſent.non tamē
potuerunt:neqꝫ tunc potuiſſent:ni-
ſi ip̄e permiſiſſꝫ. Iterum igitur inqt
ad eos Jeſus. Ego vado ⁊ queritis
me. Cur hoc frequenter repetit? vt
eorum animas commoueat atqꝫ pter-
reat. Conſidera quantum hoc terro
ris incutiat.cum enim vellent cū in

terficere: querunt tamē quo vadat:
tantam⁊ de eo opinioneꝫ conceperāt
Aliud item docere eos intendit: nō
in eorum eſſe poteſtate. ſed iam p̄deꝫ
prefiguratum dicit: ⁊ reſurrectioneꝫ
iam his ſermonibus deſcripſit. Dixe
runt ergo nunquid interficiet ſemet
ipſum? Quam mox tollit ſuſpicioneꝫ
Vos inquit deorſum eſtis. ego deſu-
perius ſum. Hoc eſt. haud mirum ſi
vos carnales homines hec: et nihil
ſpiritale ſuſpicemini. ego tamen ta-
lia non faciam. Vos deorſum eſtis.
ego deſuperius ſum. Vos de mun-
do hoc eſtis. Iterum mundanas et
carnales eorum aperit ſententias.
Unde conſtat illam particulā. Ego
non ſum de mundo hoc: non ideo di
ctam ꝙ carnem non acceperit. ſed ꝙ
longe ab eorum abeſſet malicia. Et-
enim diſcipulos de mundo non eſſe
dixit. habebant tamen carneꝫ. Quē
admodum igitur Paulus dicendo
non eſtis in carne: non ſine corpore
eſſe intelligit: ſic diſcipulos non eſſe
de mundo nihil aliud ꝙꝫ eorum ſapi
entiam teſtatur. Dixi ergo vobis.
quia ſi non credetis quia ego ſum
moriemini in peccatis veſtris. Si
enim propterea venit vt tolleret
peccata mundi: neqꝫ aliter tolli po-
terant niſi per lauacrum: neceſſari-
um erat eum qui non crederet: cum
veteri homine eſſe moriturum. Qui
enim non vult ſeipſum mortificare
per fidem et ſepelire: mortificabitur
in eo: ⁊ migrabit: priorum peccato-
rum penas daturus. Propterea di-
cebat. Qui non credit iam iudicatꝰ
eſt. non ſolum quia non credit. ſed
quia in peccatis moritur. Dicebant
ergo: tu quis es? O dementiaꝫ: poſt
tantum temporis tot miracula ⁊ tā
tam doctrinam: quis ſit interrogāt.
Quibus chriſtus. Principium qui ⁊
vobis loquor. Hoc eſt. ſane indigni
eſtis qui ſermones meos audiatis:
et qui ſim intelligatis. Vos vt me
tenteris ſemper loquimini. mihi au
tem non attenditis: et in omnibus
vos reprehendere nunc non poſſuꝫ
hoc enim ſignificat. Multa habeo d̄
vobis loqui ⁊ iudicare: non tantum
reprehendere ſed punire. ſed qui mi-
ſit me: hoc eſt pater: non vult hoc.
Non enim veni iudicare mundum:
ſed ſaluum facere. Non enim miſit
deus filium ſuum vt iudicet mundū
inquit. ſed vt ſaluum faciat. Si ergo
ad hoc me miſit: et ille verax eſt. me
rito neminem ego in preſentiarum
iudico: ſed ad ſalutem loquor: nō ad
reprehenſionem. Hec autem dicit:
ne metu deſiſtere: neue eorum men-
tes introſpicere non putaretur. Illi
autem de patre ſermonem haberi:
non intellexerunt. O dementiam:
non deſiſtit de eo verba facere: ne-
qꝫ aduerterunt. Preterea cum poſt
multa ſigna et doctrinas nihil eis
perſuaſiſſet. iam de cruce ſermonem
aggreditur. Cum exaltaueritis fi
liuꝫ hominis: tunc maxime quia ego
ſum ſcietis ⁊ per ſigna et reſurrecti-
onem et captiuitatem: que omnia
ſufficientia erant eius virtutem de
monſtrare. Cum videbitis inquit
me nihil per morteꝫ paſſurum: tunc
ſcietis quia ego ſum: videlicet chri-
ſtus et filius dei: et qui cuncta et fe-
ro ⁊ duco: et non ſum cōtrarius illi.
Idcirco addit: et a meipſo non lo
quor. Siquidem vtrunqꝫ cognoſce
tis et virtutem meam: et cum patre
conſenſum. Hec enim particula a
meipſo non loquor: indiſcretam cuꝫ
patre ſubſtantiam: et nihil cōtra pa
ternam voluntateꝫ ſe loqui oſtēdit.
Cum enī a cultu excidetis: neqꝫ vo
bis ſolita ſacrificia ꝑmittentur: tunc

diuinam in vos indignationem vlti
onem qꝫ (quia me non audiſtis) in
telligetis. Quaſi dicat ſi mihi alienꝰ
eſſẽ ⁊ contrarius: adhuc contra vos
indignaretur. Hoc ⁊ Eſaias inquit
Dabit impios pro ſepultura eiꝰ. Et
Dauid Tunc loquetur ad eos in ira
ſua. Et ipſe. Ecce relinquetur domꝰ
veſtra deſerta. Et parabola. Quid
faciet agricolis dominꝰ vinee illius.
Malos male perdet. Uides vbiqꝫ ꝓ
pter eorum incredulitatem ſic loqui
De ſi ipſe eos perdet: quẽadmodum
perdet? auferte inquit qui me ſicꝰ
gnare volunt ⁊ interficite. Cur nõ
ſuũ id opꝰ ſed patris dicit? quia tum
ad eorum reſpicit imbecillitatẽ: tum
patrem ſuũ reuereretur. Propterea nõ
dixit: relinquam domum veſtraꝫ de
ſertam. ſed relinquetur: non addita
perſona. Dicendo enĩ. Quotiens vo
lui cõgregare filios veſtros ⁊ nolu
iſtis. inde addendo. relinquetur. ſe de
ſolaturum eam oſtendit: hoc eſt; cuꝫ
obſequijs ⁊ bñficijs cognoſcere me
noluiſtis: ſupplicijs cognoſcetis; qui
ſum. Et pater mecum eſt. Et ne hoc
verbo qui miſit me minoꝛ patre exi
ſtimaretur: ſecum eſſe dicit. aliud ei
diſpenſationis eſt: aliud diuinitatis:
Et non relinquit me ſolum. qꝛ ego
que placita ei ſunt: facio. Rurſus ad
humilioꝛa deſcendit: ad illud frequẽ
ter inſtans qđ dicebant. ex deo non
eſſe neqꝫ ſabbatum ſeruare. ideo in
quit. que placita ei ſunt facio: indi
cans ſabbati ſolutioneꝫ preter eius
non eſſe voluntatem. Ita ⁊ in paſſi
one. An putas quia non poſſum ro
gare patreꝫ meũ. Atqui dicendo ſo
lum quẽ queritis reiecit eos retroꝛ
ſum. qua ergo gratia nõ dicit: nõ pu
tatis ꝙ poſſum eos perdere: cuꝫ id
re ipſa oſtenderit? ad eorum deſcẽdit
imbecillitatem. id enĩ maioꝛẽ in mo
dum anniſus eſt: vt minime patri cõ

trariuꝫ ſe oſtenderet. ita hoc in loco
humanius loquitur: et vt dixit non
reliquit me ſolum: ita ⁊ que placita
ei ſunt facio ſemper. Hec illo loquẽ
te multi crediderunt in eum. cum
enim ad humilioꝛa deſcendit: multi
ad credendum adducuntur. ⁊ tu ad
huc interrogas qua gratia humili
ter loquatur: cum euangeliſta aper
te his verbis demonſtret? tantum
non clamans: noli perturbari cum
ad hanc verboꝛum humilitatem eũ
deſcendere audis. Siquidem qui ſu
perna illa doctrina non ſunt perſua
ſi: ꝙ a patre ſit: merito humilia au
dierunt quibꝰ crederent: ⁊ hac rõne
poſtmodum etiã hmõi vſus eſt ver
bis. Crediderũt ergo. nõ tñ vt opoꝛ
tuit. ſed quodãmodo: cum intellige
rent et acquieſcerent ſermonis eius
humiliati. ꝙ enim perfectam fidem
non haberent ex ſequentibus euan
geliſta ſignificat: cum rurſus ei ma
ledicunt: ⁊ ꝙ ij ijdem ſint ex ſequen
tibus conſtat. Dicebat ergo Jeſus
ad eos qui crediderunt ei ex iudeis.
Si vos manſeritis in ſermone meo
hinc enim perſpicuum eſt: nondum
doctrine inherere. ſed tãtum verbis
vacare. quare vehementius locutꝰ
eſt illic ſimpliciter. queretis me. nũc
maius quiddam addit. In peccatis
veſtris moꝛiemini. Ideo ſcilicet ꝙ
illuc migrantes: me amplius roga
re non poteſtis hec que loquoꝛ in
mundo. hinc ſe ad gentes exiturum
oſtendit. Cum non cognouerint ꝙ
de patre ad eos locutus eſſẽ: rurſum
ad ſe redit: ⁊ humilitatis verboꝛum
cauſam affert euangeliſta. Hoc igi
tur pacto ſi ſcripturas diligẽter ſcru
tari voluerimus: ſalutem aſſequi
poterimus: ſi penitus in eis verſa
bimur: ⁊ doctrinam rectam et vitaꝫ
erudiemur. Et licet durus ſit quiſpi
am et aſper et immitis: licet ſupioꝛ

tempore nihil profecerit:nunc ſaltẽ
proficiet:⁊ aliquã (et ſi non ſtatim
ſentiat) vtilitatem accipiet. Nam ſi
vngentario quiſpiaz aut vngẽtarie
taberne aſſideat:etiam inuitus illuz
accipit odorem.longe magis qui ec
cleſiam frequentat. vt enim ex deſi-
dia:negligentia:ita ex oꝑatione ala
critas oritur. Quãuis innumeris vi
tijs ſis obnoxius:ꝗ̄uis imund⁹:noli
eccleſie vitare conſuetudinẽ. Quid
ergo ſi audita non facio? Non parũ
conſequeris:ſi te miſerum intelligis
Non inutilis hic metus : neqꝫ intẽ-
peſtiua formido. mõ ingemiſcas :ꝙ
audita non facias: ſine dubio aliqñ
benefacere incipies. Non enim fieri
poteſt vt q̄ deum ⁊ audiat ⁊ alloq̄-
tur:non aſſequatur vtilitatem. Sta
tim eniz cohibemur:man⁹ lauamus
cum libruz accipim⁹. Vides quanta
ante lectionẽ reuerẽtia moueamur?
Qꝫ ſi diligenter accedem⁹ magna in-
de proueniet vtilitas. Non eniz niſi
reuerens anima manus lauerit. Et
vxor ſi detectum caput habuerit:ꝗ̄
ꝓpriũ teget interioris reuerentie p-
ferens indicium. vir aũt tectũ caput
deteget. Vides quo pacto iteriores
affectus exterior habitus indicat?
Preterea q̄ dĩne contionis auditor
ſedet:ſepe ingemit:ſepe vitam ſuam
⁊ mores reprehẽdit. Vacemus ergo
ſcripturis dilectiſſimi:et ſaltem euan
gelijs:ea frequenter pertractemus.
Aperto nanqꝫ libro:eueſtigio chriſti
nomen occurret:⁊ eius audies gene
rationez. recordaberis matris Ma-
rie que a Joſeph inuenta eſt in vte-
ro habens ex ſpiritu ſancto. qui aũt
hec audierit:ꝗ̄primum miro virgi-
nitatis amore flagrabit: partum ad-
mirabitur:terrena contemnet. Neqꝫ
paruũ putandum eſt:dignatam ſpi
ritu ſancto virginez:⁊ ab angelo an
nũciatam: ⁊ hec quidez in ſuperficie
Qꝫ ſi diligenter omnia perſcrutabe
ris:eueſtigio cuncta contemnem⁹ ſe-
cularia:ridebis ꝗ̄. Si diues fueris:
nihil diuitias duxeris:cum ĩtelliges
fabro nuptam:in humili domo ⁊ for
tuna:matrem domini factaz eſſe. Si
pauper non erubeſces:cuz viliſſimã
domum mundi auctor non aſperna-
tus eſt:hoc perſuaſus :non rapina:
non cupiditate fereris:non proximi
rem capies. ſed potius paupertatez
amplexabẽis:diuitias negliges: hac
ratiõe omnem propulſabis maliciaz:
ad hec cum videris Jeſuz in preſe-
pio iacentem:abijcies omnez curaz
ornãdi filium tuuz auro aut argẽto
lectum excolendi. abijcies ſane om-
nem cupiditatem. multa conſeque
ris:que particulatim in preſentia di
ci non vacat. ſcient autem qui expe
rientur. Quamobrem hortor vt le
ctioni vacetis:ſenſus imbibatis eos
ꝗ̄ veſtris inſcribatis mentibus. qđ
cum iudei neglexerunt :libros mani
bus ferri iubebant. Nos vero non
manibus:ſed domi habeamus : imo
cordibus vt oportet inſcribamus.
hoc enim pacto abſterſis preſentis
vite ſordibus:futura bona conſeque
mur. gratia ⁊ benignitate Jeſu xpi
per quem ⁊ cum quo patri gloria ſi-
mul et ſpiritu ſancto in ſecula ſecu
lorum. Amen.

## Home. liii.

ex capitulo octauo

Dicebat ergo Jeſus ad eos q̄
crediderunt ei ex iudeis. ſi
vos manſeritis in ſermone
meo:vere diſcipuli mei eritis : ⁊ co
gnoſcetis veritatem ⁊ veritas libe
rabit vos. Multa nobis patien
tia opus eſt dilectiſſimi :quam tunc
profecto conſequemur cum ſacrarũ
litterarum doctrina altius in cor ra
dices egerit. Nam quemadmodum

quercus altius demiſſis radicibꝰ nul
lius venti viribus ſternitur :ita ani
mam diuino confixaꝫ timore nullꝰ
tentationū ventus euellet. Idcirco
inq̄t propheta .Confige timore tuo
carnes meas. ita ⁊ tu configere q̄ſi
clauo quodā ⁊ adhereas: vt enim hi
difficulter: ita aliter affecti :facile de-
cipiuntur: et in labeꝫ procidūt :ſicut
contigit iudeis. licꝫ enim audierint
crediderint qꝫ :rurſus ad deteriora
prolapſi ſūt. Quāobrem chriſtus vt
eos in fide q̄ꝫq̄ꝫ paruaꝫ haberent cō
firmaret: aſperius eos tāgit. Eſt cre
dentium facile reprehenſiones tole
rare. ipi autem q̄ꝫprimum excandue
runt. Primum ergo Ieſus eos ad-
monet. Si vos p̄māſeritis in ſermo
ne meo: vere diſcipuli mei eritis : et
cognoſcetis veritatē: et veritas libe
rabit vos. Tantuꝫ non dicens. Sū
altius inciſurus . ſed nolite agitari.
Uel potius his verbis eorum ſedat
ſuperbiam. A quo aūt liberabit dic
queſo. a peccatis. Quid temerarij il
li? Semen Abrae ſumus: et nemini
ſeruiuimus vnq̄ꝫ . Statim defecerūt
q̄m terrenis inhiabant . Si non mā
ſeritis in ſermone meo .indicat cor-
dis eorum cogitationes: ꝙ credide
runt quidem: non aūt permanſerūt
⁊ magnum quiddaꝫ: eos videlicꝫ fu
turos ſibi diſcipulos annūciat. Cuꝫ
enim nonnulli ante diſceſſiſſent :eos
notat inquiens . Sed ſi manſeritis.
nam ⁊ illi audierant: crediderant: di
ſceſſerant: q̄m non p̄manſerūt . Mul
ti enim diſcipulorum eiꝰ abierūt re-
tro: ⁊ iam non cum illo ambulabāt.
Cognoſcetis enim veritatē: hoc eſt
me. Ego enim ſuꝫ veritas. Iudaica
enim dogmata omnia figura erant.
Ueritatem a me intelligetis: q̄ vos
a peccatis liberabit . Quēadmoduꝫ
enim illis dixit. In peccatis veſtris
moriemini. ita his liberabit vos. Et

non dixit. vendicādo vos a ſeruitu
te. ſed hoc eis cogitandum reliquit.
Illi auteꝫ. Semen Abrae ſumus: ⁊
nemini ſeruiuimꝰ vnq̄ꝫ. Atqui ſi in-
dignandum fuiſſet: tolerabilius po
tuiſſent (cum dixit .Cognoſcetis ve
ritateꝫ) dicendo qꝫ. Nunquid eam
neſcimus? lex igitur ⁊ cognitio nr̄a
falſa eſt? ſed de ſecularibus indignā-
tur: ⁊ mūdi verētur ſeruituteꝫ. Sūt
⁊ hac etate: ſunt inquaꝫ: qui in rebꝰ
non proprijs ⁊ mundi ſeruitute eru
beſcūt: peccati ſeruitiū nil verentur
⁊ optarent huic potius obnoxij fre
quenter appellari: qꝫ illi ſemel. tales
illi erant: et aliud ſeruitium ignora-
bant dicentes . Seruos appellas q
ex ſemine Abrae ſunt? qui generoſi:
qui ſerui minime ſunt appellandi.
Nunquam ſeruiuimus. Huiuſmodi
iudeoruꝫ iactationes . Semē Abrae
ſumus. Iſraelite ſumus. Nunquam
propria merita memorant. Ideo in
eos clamat Iohannes . Nolite pu
tare dicere patrem habemus Abra-
am. Sed quare nō reprehendit eos
chriſtus . Siquidem ſepe ſeruierant
⁊ egyptijs ⁊ babilonijs ⁊ alijs mul
tis. quoniā nolebat cum ijs conten
dere: niſi ad ſalutem tantum ⁊ bene-
ficiū ad qđ tantum properabat. Po
tuiſſꝫ nanqꝫ in medium eorum qua-
dragita: inde. lxx. inde ſub iudicibus
nunc viginti: nunc duorum :nūc ſe-
ptem annorum afferre ſeruitutem.
Preterea ꝙ nunq̄ꝫ ſerui eſſe deſierit.
ſed eos non hominū ſeruos oſtendē
voluit: ſꝫ peccati q̄ ſeruitꝰ ē grauiſſi
ma: a qua ſolus deꝰ liberare poteſt.
Dimittendi enī peccatū poteſtatem
nemo habꝫ preter deum. quod ⁊ ipſi
confeſſi ſunt. Ideo ad hoc eos addu
cit: dicitqꝫ. Qui facit peccatum : ſer
uus eſt peccati: vt quam ſeruituteꝫ
dicat intelligant . Seruus autem
non manet in domo in eternum .

Filius aūt in eternū. Placide per le
geꝫ ſuperiora tollit: ne his ſe verbis
tueātur. Sacrificia habemus. Moi
ſes mādauit. Ille nos liberare pote
rit. Hac gratia addidit: quānaꝫ hec
conſequentiam habent? Omnes enī
peccauerunt ⁊ egent gloria dei: iu
ſtificati gratis gratia eius ⁊ ſacerdo
tes eius. Propterea inquit Paulus
de pontifice. Et debꝫ quemadmodū
pro populo ita pro ſemetipō offerre
pro peccatis: qm̄ ⁊ ipē circundatus
eſt infirmitate. quod ſignificat dicen
do: ſeruus non manet ī domo vnde
et equalitatē ad patrē: ⁊ liberi ⁊ ſer
ui indicat differentiā. Quaſi dicat:
non habꝫ poteſtatē ſeru⁹: qđ per id
verbuꝫ manet ſignificatur. Quid āt
cum de peccatis ſermonem habꝫ do
m⁹ meminit? vt ſe tanꝙ dn̄m domus
ita omniū dominū oſtēdat. Ea aūt
particula non manet: hoc eſt nō hꝫ
largiendi quicꝙ poteſtatem: vtpote
qui nō eſt dn̄s. Filius dn̄s eſt quare
manet in eternuꝫ ſm̄ ſolitam nobis
tranſlationem. Ne dicerent tu qs
es? Mea ſunt omnia. ſum enim filius
et in domo patris mei manſiones
multe ſunt. cuꝫ enī de libertate ⁊ ſer
uitute ſermo ſit: mērito hac vtit̄ trāſ
latione: ꝙ illi nullā habebāt dimittē
di ꝑtātē. Si ergo filius vos libera
uerit. Ecce eādeꝫ illi cū patre ſubſtā
tiam. Si filius inꝗ vos liberauerit:
nemo iam contradicet: ſed verā ha
bebitis libertatem. Si de⁹ iuſtificat
quis condemnat. Hic ſe mundum a
peccato oſtendit: ⁊ nomine tm̄ liber
tatem ſignificat: quam et homines
dant. illā autem ſolus deus. ⁊ ꝑ hoc
ſuadet eis: ne propter hāc erubeſcāt
ſeruitutem. ſed propter peccatū quo
abiecto non ſunt amplius ſerui. vel
potius ſeruos oſtendit: cuꝫ futuros
liberos dicit. ſignificat enim eaꝫ ve-
ram non eſſe libertatem. Inde ne di
cerent peccatuꝫ non habemus. Nā
credibile erat hoc dicturos: conſide
ra q̄ pacto eos accuſat. Omiſſis nan
ꝗ relique eorum vite criminib⁹: qđ
in manibus erat: ⁊ qđ tūc facere co-
gitabant: profert in medium ⁊ ait.
Scio quia ſemen Abrae eſtis. ſed q̄-
ritis me interficere. Placide ⁊ pede
tentiꝫ ab Abrae cognatione eos ab-
ſcindit: admonens non eſſe propte-
rea ſuperbiendum. vt enim libertas
et ſeruitus ex operibus: ita ⁊ cogna
tio iudicatur: neꝗ continuo reſpon
dit non eſſe ex ſemine Abrae homi-
cidas iuſti. Sed primum aſſentitur.
Scio quia ſemen Abrae eſtis. Sed
hoc non eſt quod querimus. ⁊ iam
aſperius inuehitur. Etenim eſt vt ī
pluribus obſeruandum: vt qui ma-
gnum aliquid facturus eſt: poſtquaꝫ
fecerit magis ſibi fidat: acſi operum
ſuorum teſtimonium omnibus ſilen
tium imponat. Sed queritis me in-
terficē. Quid ſi iuſte? minime. Ideo
affert cauſam. quia ſermo meus non
capit in vobis. Quomodo ergo in-
quit in ipſum credidiſſe? quia muta
ti erant vt dixi. Quamobrem vehe
mentius eos tetigit. Nam ſi illius
cognatione gloriamini: etiam ⁊ vi-
tam pre vobis feratis oportet. Et
non dixit non capitis ſermonem. ſed
ſermo meus non capit in vobis: ad
doctrine magnitudinem ſignifican
dam. Sed non propterea interimen
dus fuit. ſed potius honorandus et
colendus: vt diſcerent. Sed ne di-
cerent a teipſo hec loqueris. Ideo
addidit. Que ego vidi apud pa-
trem meum hec loquor. et vos que
audiſtis apud patrem veſtrum faci
tis. Quemadmodum inquit ego et
verbis ⁊ re oſtēdo ꝑrem: ita ⁊ vos.
Nō ei ei⁹dē tm̄ ſū cū patre ſubſtātie

ſed ⁊ veritatis. Dicunt ei. Nos pa
trem habemꝰ Abraam. Dicit eis Je
ſus. Si patrem habetis Abraā ope
ra eius facite. Nunc autē queritis
me interficere. Frequenter hoc ī lo-
co eorum animos cedis arguit: ⁊ A-
brae meminit. quod facit: vt ab eius
cognatione ipſos abducat: et gloriā
tollat perſuadeat ꝙ nō amplius in
illo ſalutis ſpem eſſe reponendā. Nō
enī a natura cognatio. ſed a volūta
te. hoc vt ad chriſtum accederent ꝓ
hibebat ꝙ ſufficere ſibi ad ſalutem
cognationem illam arbitrabantur.
Quam autem veritatem dicit? ꝙ eq̄
lis eſt patri. Propterea querebant
eum iudei interficere. Queritis me ī
terficere quia veritatē vobis locu
tus ſum; quam audiui a patre meo.
vt non contraria patri dicere vide-
atur iterum ad patrem confugit. Di
cunt ei. Nos ex fornicatione non ſu
mus nati. Unum patrē habemꝰ deū
Quid dicitis. Uos patrem deū ha
betis: et chriſtum hoc dicentem pſe-
quimini. Uides precipue eū dixiſſe
patrem ſuum eſſe deum. Cum ergo
eos ab Abrae cognatione excluſiſſē
non habentes quid dicerent: aliud
quiddam maius auſi: ſe ad deum re-
ferunt. a quo etiam honore excludit
eos. Jeſus inquiens. Si deus pater
veſter eſſē diligeretis vtiqꝫ me. Ego
enim ex deo ꝓceſſi ⁊ veni: neqꝫ a me
ipſo veni: ſed ille me miſit. Quare lo-
quelam meam non cognoſcitis? qꝛ
non poteſtis audire ſermonem meū
Uos ex patre veſtro diabolo eſtis:
et deſideria patris veſtri vultis fa-
cere. ille homicida erat ab initio: et
in veritate non ſtetit. Cum loqui-
tur mendacium ex proprijs loqui-
tur. quia mendax eſt et pater eius.
Excluſit eos a cognatione Abrae.
⁊ cum inde maiora auderent: maio-
rem etiam plagam infligit. ꝙ non ſo
lum Abrae filij non ſint. ſed diaboli.
ſecundum impudentiam vulnus in-
cutiens: ⁊ teſtimonia reprehenſioni
bus miſcet. Interficere enim inquit
diabolice malicie opus eſt. Neqꝫ ſim
pliciter opera dixit. ſed deſideria. vt
et illū et eos maxime cedibus dele
ctari: auctore inuidia ſignificet. Nā
cum nullam haberet preter inuidiā
cauſam: Adā perdidit: quod id ver
bum ſignificat. Et in veritate non
ſtetit: hoc eſt ī vite rectitudine. Cū
enim frequenter ipſū accuſarent ꝙ
ex deo non eſſē. hoc inde prouenire
dicit. Ille nanqꝫ primus mendaciū
peperit inquiens. In quacunqꝫ die
comederitis aperientur vobis ocu
li. Mendacio ergo primus vſus ē di
abolus. homines non tanqꝫ proprio
ſed vt alieno vtuntur. ille vt ꝓprio.
Ego autem ſi veritatem dico: non
creditis mihi. Unde procedit ꝙ ſine
vlla cauſa vultis me perdere: niſi ꝙ
inimici eſtis veritatis? Sin minus
dicite peccatū meum. ideo addidit.
Quis ex vobis arguet me de pecca
to. Qꝫ autem dixerunt. Nos ex for
nicatione non ſumus nati. Nonne
multi illicito coitu miſcebantur? Ta
men hoc omiſſo illic inſiſtit. Poſtqꝫ
autē non ex deo ſed ex diabolo eos
eſſe oſtendit: ꝙ interficere diaboli-
cum eſt et mendacium dicere: que
vtraqꝫ illi faciebant iam contra o-
ſtendit amorem ꝙ quis dei ſit eſſe
argumentum. Quare loquelam me
am non cognoſcitis? Cum enim ſem
per dubitarent dicentes. Quid eſt
quod dicit: Quo ego vado vos non
poteſtis venire? Ideo inquit loque
lam meam non cognoſcitis. Nam
mens veſtra humi repit: mei ſermo
nes alte eriguntur. Quid ſi nō poſ-
ſunt? non poſſe hoc in loco nō velle
eſt. In paruis eruditi eſtis. nihil ma
gnū aggredimini. Cū enim tanqꝫ dei

amatores ſe xpm proſeq̃ dicerent. iō
vbiq; probare conatur ſui perſecuti
oneꝫ dei odio: contrarium amore ꝓ
uenire. Unũ patrē habem⁹ deũ. Ex
honoribus: non ex operib⁹: gloriami
ni. Incredulitas veſtra (non me ali
enum a deo eſſe. ſed ꝙ deũ nō cogno
ſcitis) eſt argumentũ. Cauſa aũt ꝙ
mentiri vultis ⁊ diabolũ imitari: qđ
puſilli animi indiciũ eſt: vt apoſtol⁹
teſtatur. Cum enim ſit inter vos ze
lus ⁊ cōtētio: nōne carnales eſtis?
Quare autem non poteſtis? Quia
deſideria patris veſtri vultis facere
Curate contendite: annitimini. Ec
ce quod non poſſe nolle eſt. Quod
Abraam non fecit. Sed que naꝫ ſũt
eius opera? manſuetudo modeſtia:
obſequium. Vos contra immanes
et crudeles eſtis. Et que naꝫ fuit au
dacia ad deum confugere: qui Abra
am indigni eſſent? Cum minus cri
men euitare vellent in maius incide
runt. Exprobrante nanq; Jeſu illis
cedem: ad ſui excuſationem: vt deuꝫ
defendant: id facere cauſantur: Ad
contra deum eſſe demonſtrat: illud
enim verbum: proceſſi: ipſum inde eſ
ſe. ⁊ ad nos veniſſe ſignificat. nam cũ
illi dicere poſſent eum aliena quedā
et noua afferre. ideo ſe a deo venire
dicit. Merito ergo non auditis eum
inquit cum ex diabolo ſitis. qua gra
tia vultis me interficere. Quid ī me
reprehendere poteſtis? ſi hoc non ē
cur mihi non creditis? Ita ex men
dacio ⁊ cede a diabolo eos eſſe oſten
dens infert. et ab Abraam: ⁊ a deo
omnino eſſe alienos: ⁊ quia odio ha
bent non nihil iniuriantem: ⁊ ꝙ ei⁹
ſermonē nolunt audire: ⁊ modis om
nibus deo ſe non eſſe contrarium ar
guit: neq; propterea eos non crede
re. ſed quia ipſi contrarij ſunt deo.
Etenim qui peccatuꝫ non fecit: qui
ſe a deo venire: ⁊ a deo miſſum dicit.

qui veritatem loquitur: ⁊ ita vt om
nes in teſtimonium aduocet: ſi non
credit ei conſtat auditorum vicio ꝓ
uenire: ꝙ carni dediti ſint. Nouit ei
terrenis deditam animam: procliuē
ad peccandum. idcirco inquit. nam
pigri facti eſtis auditiōibus veſtris
quotiens enim terrena nequit ho
mo contemnere: quomodo poterit
celeſtia cōtemplari. Quamobrem an
nitamur pro viribus dilectiſſimi: vt
vitam noſtram dirigamus: vt men
tem expurgemus: vt nulle nos ſor
des impediant: augete cognitionis
luceꝫ: neq; iacite ſemen inter ſpinas
Qui non intelligit malam eſſe auari
ciā: quomodo maiora cognoſcet? qui
his non abſtinet: quō reſiſtet illis.
Bonũ eſt rapere: nō ea que pereũt:
ſed regnum celorum. Quippe quod
vim patitur: neq; deſidia acquiri po
teſt. ſed cura ⁊ diligentia. Sed quid
ſignat vim patitur? vi opus eſt mul
ta anguſta eſt via: robuſta anima
opus eſt ⁊ generoſa. raptores preoc
cupare annitũtur: nihil reſpiciunt: nī
accuſationem: nō dānationē: nō ſup
plicium: illud ſolum curant: vt pre
currant ceteros. Rapiamus ergo re
gnum celorum: que rapina non cri
mini: ſed laudi datur. crimen eſt ſi nō
rapitur. Non enim alterius damno
diteſcimus annitamur ergo: et licet
ira ⁊ cupiditas nos perturbet: na
ture vim inferamus. Manſuetudini
aſſueſcamus: parũ laboremus: vt ꝑ
petuo quieſcamus. Noli aurum ra
pere: ſed diuitias: quarum compara
tione aurum lutum eſſe apparet. dic
queſo plumbo tibi ⁊ auro propoſito
quid potius raperes. nonne aurum?
vbi qui rapit punitur: maius ho
noras. vbi qui rapit honoratur ma
ius prodis. Nā ſi vtrunq; puniretur
num ſane ad hoc magis veniſſes?
Hic nihil tale in manibus eſt. ſꝫ bea

titudo. Et quomodo poteſt quis ra
pere inquit? diſperge q̄ habes. Quo
uſqꝫ enim ſeruas illa: rapere non po
teris. propone tibi hominē plenis
argēto manibus quoad id tenuerit.
nunquid aurum rapere poterit niſi
id prius proijciat: et expeditus reli-
quatur? rapientem bene expeditum
eſſe oportꝫ: ne quid eum impediat. ſi
quidem etiam nunc contrarie pote
ſtates ſunt obuie: vt id nobis aufe-
rant quas fugiamus. queſo fugiam⁹
⁊ nullam extrinſecus auſam relinq̄-
mus. Incidamus funes. nudi a ſecu
laribus emergamus. quis vſus pre-
cioſarum veſtium? quouſqꝫ tandem
his ridiculis īplicamur. quouſqꝫ au-
rum defodiemus? Volebam ab his
ceſſare admonitionibus: ſed vos nō
permittitis: qui ſemper mihi admo
nendi occaſiones ⁊ materias prebe
tis. ſed nunc ſaltem a vitijs deſiſta
mus: vt vite exemplo alios erudien
tes: promiſſa bona cōſequamur gra
tia ⁊ benignitate domini noſtri Je
ſu chriſti per quem ⁊ cū quo patri
gloria ſimul et ſpiritui ſancto in ſecu
lorum ſecula

## Home. liiii.

ex capitulo viij.

Reſponderunt ergo iudei ⁊ di
xerunt ei. Nōne bene dicim⁹
nos quia ſamaritanus es. et
demoniū habes? Reſpondit Jeſus ⁊
dixit ego demonium non habeo.
Impudens quoddam ⁊ temerariū
malicia eſt: que cū magis cōfūdi de
beret: magis irritat̄ vt ī iudeis vſu-
uenit. Oportuit enī vt ieſu verbis
placarentur: eius admirati fiduciā
⁊ verboꝝ ꝯſtantiā. ſed maledicūt ei
⁊ ſamaritanum ⁊ demoniacū appel
lant. Nonne bene diximus qꝛ ſama
ritan⁹ es ⁊ demoniū habes? Altior

eſt ſermo: ſtulticia apud ſtultos vide
tur. Atq̄ nō meminit adhuc euāgeli
ſta ſamaritanum ieſū antea a iudeis
appellatū? ex hoc tn̄ p̄t intelligi eē ſe
pius eo in Jeſū vſos vocabulo. De
moniū habes. Quis demoniū habꝫ?
nūc q̄ deū honorat an q̄ honoribus
deū ꝓſequentē ꝯtumelia afficit? q̄d
xp̄s: māſuetudine ⁊ clemētia ſūma.
Ego demoniū inq̄t nō habeo: ſed ho
norifico patrē meū q̄ miſit me. Nā
vbi docere eos ⁊ hūilitatis admonē
oportuit: ne q̄ Abrae ſemen eſſent
ſe iactarent: vehemēs fuit. vbi autē
ꝯtumelie ferēde erant: māſuetudine
vtit̄. Dicētib⁹ eī illis patrē deum et
Abraā habem⁹: in eos inuect⁹ eſt ve
hemēti⁹. cū habere demoniū inſimu
lat̄: leniſſimū ſe exhibꝫ. ad nos erudi
endū: vt que ad deū ptinēt: maiorē
in modum defendam⁹: q̄ ad nos: ꝯtē
nam⁹. ego non quero gloriā meam.
Hec dixi inquit quoniam non decꝫ
vt deū patrem appelletis: cū ſitis ho
micide. Ob eius ergo honorem hec
locutus ſum: ⁊ propter illum hec au
dio: ⁊ me inhonoratis. Sed nihili
mihi cure eſt hec contumelia. illi pe
nas debetis: cuius gratia hec audio
ego non quero gloriam meam. adeo
omiſſa vīdicta ad doctrinam vertor
⁊ conſulo que faciatis: ex quib⁹ non
modo ſupplicium vitabitis. ſed eter-
nam vitā conſequimini. Amen amē
dico vobis. ſi quis ſermonem meū
ſeruabit: non videbit mortē in eter
num. Hic non modo fides intelligē
da eſt. ſed vite etiam puritas. et ſupe
rius ait. vitam eternā habebit. hic
mortem non videbit. ſimulac ſigni
ficat nihil ſe ab eis poſſe accipere de
trimenti. Nam ſi quis eius ſermonē
ſeruat non moritur lōge minus ipſe
Tunc iudei. Nunc cognoſcimus
quia demonium habes. Abraā mor
tuus eſt et prophete mortui ſunt.

hoc ē:q̄ dei ſmonē audierunt: mor
tui ſunt.⁊ q̄ tuū audierint nō mori
entur?nūquid tu maior es patre no
ſtro Abraā?O ianem gloriam. iterꝫ
ad eius confugiūt cognatōem . atq̄
ꝯſequens erat vt diceret nunq̄d tu
maior es deo.aut q̄ te audiūt maio
res ſūt q̄ꝫ Abraā arbitrabatur? Pri
mū ergo eos homicidas arguit. hic
ab Abrae cognatōne ſeparauit.Et
cū ꝑſiſterent. alia via aggreditur: o
ſtendēs fruſtra eos laborare : ⁊ de
morte nullū facit verbū:neqꝫ expo
ſuit quā mortē intelligeret. Admo
net aūt ſe q̄ꝫ Abraā ſuperiorē:vt re
uererētur:imo ⁊ qualiſcūqꝫ eſſet .n̄
tamē inocuū:morte eſſe mulctādū.
Et ſi veritatem vobis dico : ⁊ pec
catū nō habeo:⁊ a deo ſū miſſus: et
melior q̄ꝫ Abraam:nōne inſanitis?
nonne fruſtra laboratis cū me ten
tatis interficere?quid illi? Nūc co
gnoſcimus ꝙ demoniū habes . verꝫ
non ita ſamaritana.ſꝫ tm̄. Nūquid
tu maior es pr̄e noſtro Jacob?Iu-
dei cōtumelioſi erant ⁊ ſuperbi:illa
diſcēdi cupida ideo dubitauit:⁊ de
bita cū modeſtia reſpondit.⁊ domi
nū appellat.q̄ ei longe maiora polli
cebatur:⁊ dignus fide erat:nō erat
īiuria laceſſendus. Hi demoniū ha
bere dicūt.illa dubitātis: hec incre
dulorꝫ ⁊ malignorꝫ:verba erāt. Nū
q̄d tu maior es patre noſtro Abraā
itaqꝫ hoc maiorē eū facit q̄ꝫ Abraā
Cū autem abeuntem videritis ma
iorē eē ꝯfitebimini.ꝓpterea dicebat
Cū exaltaueritis me:tūc cognoſce
tis ꝙ ego ſuꝫ.Et ītuere prudentiaꝫ
Primū a cognatōne eos abſcindit:
⁊ ſe maiorē illo oſtendit.vt ex mul-
ta excellentia:ꝓphetis quoqꝫ maior
ītelligatur.cū ei ſemꝑ ꝓphetā appel
larint ideo inq̄t ſmo meus nō capit
in vobis.illic nanqꝫ dicebat mortu-
os ſuſcitare:hic āt non viſurꝫ mortē
q̄ credit:q̄d longe mai⁹ erat. quare
magis exaſperati ſūt dicētes.Quē
teipm̄ facis? Et hoc contumelioſe.
tu tibi blādiris inquiūt.Quib⁹ chri
ſtus Si ego glorifico meipm̄ gloria
mea nihil ē Quid hoc in loco dicūt
heretici?Interrogat⁹:nūq̄d tu ma
ior es pr̄e nr̄o Abraā?non auſus ē
palā affirmare.ſꝫ latēter innuit:q̄d
igr̄? Nihil eſt gloria eius.Ad illos
nihil.Sicut eni cū d̄t teſtimonium
meū nō eſt verꝫ:ſecūduꝫ eorꝫ opinio
nē locutus eſt.ita hoc in loco .Eſt
q̄ glorificat me.Et cur nō dixit pr̄?
Qui miſit me quē vos dicitis q̄a
deus veſter eſt: ⁊ non cognouiſtis
eū. Voluit oſtendere ꝙ non ſolum
patrem ipm̄ ignorarent. verūetiaꝫ
deum.Ego noui euꝫ.Itaqꝫ ſi me ſci
re dicerem non ſuperbus eſſē: ſi ne-
ſcire mendax.vos aūt qui euꝫ ſcire
profitemini:mendaces eſtis:⁊ itidē
ego mendax eſſē:ſi euꝫ me neſcire di
cerem.Si ego glorifico me.Cuꝫ di
xiſſēt quē teipm̄ facis inq̄t:ſi quem
me ego facereꝫ:gloria mea nihil eſt.
Quēadmodū ego eū certe noui:ita
vos ignoratis.⁊ vt non ōnino eos
ab Abraā ſeparauit ſꝫ inq̄t.Scio ꝙ
ſemen Abrae eſtis: vt magis ī ipos
īueherētur:ita hic nō totū abſtulit
ſꝫ inq̄t quem vos dicitis: ⁊ verbis
gloriam tribuens:grauius crimen
reddidit.quō āt eū ignoratis.Quo
niā qui ꝑ ipo omia ⁊ facit ⁊ dicit:
vt glorioſū reddat:contumelia affi-
citis.cum ab eo ſit miſſus.hoc āt ꝓ
batū non ē.ꝓbabitur āt in ſequen-
tibus.Et ſmonem eius ſeruo Hoc
ſi quid habebāt poterāt rephende-
re:magnū nanqꝫ erat argumentum
ab eo miſſū.Abraaꝫ pater veſter ex
ultauit vt videret diem meum :vi-
dit ⁊ gauiſus eſt?Iterum illos A-
brae alienos probat:ſi qui ex ijs:q̄
bus ille gauiſus eſt:triſtantur. Hic

autem meū hoc in loco crucem mi
hi ſignificare videtur: quē in arie-
tis oblatōne Jſaac pfiguravit. Ad
hec illi. Quadraginta annos nōdū
habes ⁊ Abraam vidiſti? acſi prope
iam ad eam accederet etatē. Dicit
ei Jeſus. Priuſquā Abraā fieret: e-
go ſū. Et acceperunt lapides vt ia-
cerent in eū. Animaduerte quomo
do ſe maiorē Abraam confirmauit.
Si eniꝫ gauiſus eſt videre diē eius
idq̄ operepreciū duxit. ꝓpter benefi
ciū inde ꝓueniens: gauiſum conſtat
⁊ ꝙ longe maior eſſet. Nā cuꝫ iudei
fabri filium eum appellarent: neq̄ā
plius quicq̄ de eo imaginarentur:
paulatim eos ad maiorē ſui cogniti
onē erigit. Cum ergo audierunt ſe
deum neſcire: non egre tulerunt. cū
āt priuſquā Abraā fieret ego ſum.
perinde acſi ipoꝝ nobilitas degene
raret exaſperātur: ⁊ lapides iaciūt
in Jeſū. Vidit diem meū ⁊ gauiſus
eſt ſignificās nō inuitū ſe ad paſſio
nē venire: ſiqdē laudat qui in cruce
delectatus ē: que ſalus mundi erat
illi āt lapides iecerūt. adeo proni e-
rant in cedes: ⁊ veritatē cognoſce-
re negligebāt Sed cur nō dixit pri
uſquā Abraā fieret ego erā. ſꝫ ſum?
Quēadmodū pr̄ hoc verbo ſuꝫ vti
tur: ita ⁊ Jeſus. ſignificat ei perpe
tuo eſſe ab omni liberꝫ tempe: ꝓpte-
rea blaſphemū eis verbuꝫ videtur.
Qr ſi ad Abraā comparatōeꝫ q̄uis
per vim non tulerunt: quomō tuliſ
ſent ad patrem? Fugit ergo iterꝫ Je
ſus: vt hoīeꝫ preſtet ⁊ abſconditur
cum ſatis eos admonuiſſet. ⁊ imple
to officio ſuo: exiuit de templo: ⁊ ſe
ad ſanādū ceçum cōtulit: per ope
ra ſe ante Abraam eſſe confirmans
Sed dicet fortaſſe aliqs. Qua gra
tia eorum conatus non cohibuit?
ita ei credidiſſent: Paraliticū ſana-
uit ⁊ non crediderunt. innumera o-
peratus eſt: ⁊ ī ipſa paſſione ſtrauit
eos ſupinos: ⁊ viſum abſtulit: ⁊ nō
crediderūt. ⁊ quō ſi id feciſſet credi
diſſent? Animo enī deſperato nihil
peius. q̄uis ſigna q̄uis miracula
videat in eadē ꝑſtat pertinacia Et
eī Pharao multis acceptis plagis:
dum affligeretur tantum ſapiebat.
ad vltimū tamen diē idem perſtitit
perſecutus quos dimiſerat. Quare
Paulus. vt obdureť qs ī quit ex vo
bis fallacia peccati. Sicut ei vires
corporis moriūtur ⁊ omnē ſenſuꝫ a
mittūt. ita ⁊ anima cū multis deti-
netur affectibus: virtuti moritur: ⁊
ſi qd attuleris ñ ſentit. ſꝫ ſiue ſuppli
ciū ſiue quodcūq̄ aliud minaberis
nullo ſane ſenſu moueť. quāobrē dū
habemus ſalutis ſpem dilectiſſimi:
duꝫ conuerti poſſumus omnia fa
ciamus. Qui enī non dolent: tanq̄
deſperātes gubernatores naui ven
tis commiſſa nihil ſibi opitulantur
Cū ei inuidus vt cupiditatem ſuā
expleat tantū intuetur: et ſi pena ī
pendat: ſi internicio eo dūtaxat affe
ctu poſſidetur. itideꝫ ⁊ impudico ⁊
auaro vſuuenit. Qr ſi affectuū tan-
ta vis eſt: longe maior virtutis. ſi
ꝓpter illos mortē cōtemnimus: lō
ge magis ꝓpter hāc. ſi illi animā ſu
am contēnunt quid nos pro ſalute
noſtra facere oportet? que nobis e
rit excuſatio: ſi cū ꝑditi hoīes tāto
pere ꝑditōi ſue incūbāt. nos pro ſa
lute noſtra nullā adhibebimus dili
gentiā ſꝫ inuidia conſumemur. qua
nihil peius? inuidus ei vt ꝓximum
ꝑdat: perdit ſeipm. Jnuidi oculus
ꝯſumitur dolore: morte viuit perpe
tua: oēs inimicos exiſtimat: etiā ni
hil iniuriatos. dolet ꝙ deus hono
ratur. hijs letatur quibus ⁊ diaboꝰ
honorať apd hoīes. ſꝫ hic nō honor
ē. Noli inuidere. ſꝫ apd deū honora
tur: emulare illi: ⁊ ſimilis efficiaris:

an nō vis? qd ergo ⁊ teipm perdis
quicqd habes ꝑficis: non potes ſi
milis illi fieri. neq; virtuti vacare.
Cur malicia imbueris? Congratu-
landū ē ꝓximo: vt etſi in bonis ope
ribus pariter laborare nō poſſis: ex
congratulatōe ſaltē merearis Suf
ficit nonnūq; volūtas ad magnum
bonū. ideo Hiezeciel ꝓpterea moa-
bitas punitos dicit: ꝙ letati ſūt ſu
per iſraelitis: ⁊ alios quoſdam ſalu-
tē conſecutos: ꝙ alienis malis con
doluerūt. Et ſi miſerentib⁹ alioꝝ ma
lis eſt aliquod meritum. multoma-
gis alioꝝ honoribus ꝯgratulātibus
Reprehendit moabitas: ꝙ ſuper iſ-
raelitis letati ſunt: quos deus vl'r⁹
ē. ⁊ q̄uis ipe puniat: non tñ vult vt
eoꝝ ſupplicio letemur. neq; enī vult
eos vlciſci. Et ſi condolendū eſt vl
toꝝ ſupplicio. multomagis honora
tis nō īuidendū. ſic eī cora ⁊ datan
pierūt. qbus inuident clariores red
dūt. ſeipos torquēt. fera eī veneno
ſa inuidia ē. fera immūda ⁊ morbus
voluntatis. omni venia ⁊ excuſatio
ne īdigna. oīm maloꝝ ⁊ mater ⁊ au
ctor. Quāobrē radicitus eā euella-
mus. vt ⁊ preſentib⁹ malis libere-
mur ⁊ futura bona ꝯſequamur. grā
⁊ benignitate dñi noſtri Jeſu xpi ꝑ
quē ⁊ cū quo pr̄i gloria ſimul ⁊ ſpi
ritui ſācto in ſecula ſeculoꝝ amen

## Home. lv

capitulum nonuz.

Et preteriens Jeſus vidit ho-
minē cecū a natiuitate: ⁊ iter-
rogauerunt eum diſcipuli eius dicē
tes. Rabbi. Quis peccauit: hic an
parentes eius vt cecus naſcere͂t?

Humaniſſim⁹ dei filius: ⁊ noſtre cu
pidus ſalutis: ⁊ vt ingratoꝝ ora ob
strueret: neminē obuiuz omittit: q̄;
uis nemo ei attēderet. Qd̄ ꝓpheta
intelligens dicebat. Ut iuſtificeris
in ſ͛monibus tuis ⁊ vincas cū iudi
caris. Propterea hoc in loco: cum
ſ͛monū ipſius altitudinē nō accipe
rent: ſ; demoniū habere dicerent: ⁊
interficere conarent͛: egreſſus e tē-
plo cecū ſanauit: cū vt abſentia ſua
eoꝝ iram ſedaret: tū vt miraculi be
neficio eoꝝ duritiem ⁊ immanitatē
placaret: tū vt ſuam confirmaret o
ratōem. Neq; paruuz operatur mi
raculū. ſ; quod tunc primū contin-
git. A ſeculo eī non ē auditū inquit
ꝙ aperuit quis oculos ceci nati. Ce
ci eī fortaſſe quiſpiā oculos aperuit
ſ; ceci nati adhuc nemo. Et ꝙ egreſ
ſus e templo ad illud debita opera
venerit. inde ꝑſpicuū eſt. ipe vidit
cecū. nō ad ipm cecus acceſſit. ⁊ tā
diligenter eum intuitus eſt: vt diſci
pulos ad interrogonduz conuerte
ret. Uiſu eī Jeſu adeo in illū con
uerſo: īterrogarūt. Quis peccauit:
hic: an parentes eius. Abſurda int͛
rogatio. Quō eī peccauit āteq; nat⁹
eſſet? Quō parentuz peccatis puni
tus ē? Quo ergo ad hanc venerūt
interrogatōem? Antea ſanato pali
tico dixit. Ecce ſanus fact⁹ es ⁊ no
li āplius peccare. cognoſcentes ita
q; diſcipuli illū ꝓpter peccatum ī pa
raliſim incidiſſe dicunt. Cōcedatur
illum ꝓpter peccatuz: paraliticū: de
hoc quid dicis? hic peccauit. qd̄ eſt
abſurdū cū eſſet a natiuitate cecus
an parentes eius? Sed neq; hoc.
ſiqdem ꝓ patre filius non punitur.
Quēadmodū igr̄ pueꝝ aliquo moꝛ
bo affectū videntes dicimus? quid
de hoc dicendū eſt? Quid commiſit
puer. non rogando. ſ; dubitādo. ita
nūc diſcipuli dubitāt. potius q̄; per
cōtētur. qd xps? Neq; hic peccauit
neq; parētes eius. hoc nō abſoluit
eos a peccato Nō eī ſimplicit͛ dixit
neq; hic peccauit neq; parētes ei⁹.
ſ; addidit. vt cecus naſcere͂t. vt glo

rificet̃ filius dei. Peccauit nãq; hic
⁊ parentes eius. ſʒ nõ ꝓpterea cecꝰ
eſt. Hec ãt dixit. nõ ꝙ hic ꝓpterea
cecus nõ eſſet: ⁊ alij q̃dã ꝓpter pa-
rẽtũ peccata viſũ amiſerint Neq; eĩ
ẽ peccãte alio aliũ puniri. nã ſi hoc
cõceſſerimus: cõcedemꝰ ⁊ añ natiui
tatẽ peccaſſe. vt ergo dicẽdo. Neq;
hic peccauit non ĩtelligit á natiuita
te peccare quẽpiam ⁊ puniri. ita di
cendo ⁊ parentes eius. non ẽ ĩtelli
gẽdũ ꝙ ꝓpter parẽtes puniẽdi ſint
filij. Nã Hiezecielis teſtimoĩo hãc
tollit dubitatõem. Viuo ego dr̃ do
minus ſi erit parabola hec que dr̃.
Pr̃es veſtri comederunt vuaʒ acer
bã ⁊ dentes filioꝝ obſtupeſcunt. Et
Moiſes inq̃t. Nõ moritur pr̃ ꝓ fi
lio Et de quodã rege inq̃t. ꝙ ꝓpte-
rea id nõ fecit: ſeruans legem Moiſi
Ac ſi q̃s diceret. Et quõ ſcribitur.
Qui reddit peccata parentuʒ in fili
os: in tertiã ⁊ quartã generatõem?
Illud reſpondebimꝰ: nõ eẽ comunẽ
oĩbus ſententiã. ſʒ in quoſdam: q̃ ex
egipto egreſſi ſunt. hoc ẽ ex quo ex
egipto egreſſi: poſt ſigna ⁊ miracu-
la parentũ: peiores facti ſũt: eadẽ q̃
pr̃es ſui patientur: cũ eadẽ audeãt
Et ꝙ de his ſermõ habeatur ſi q̃s di
ligentiꝰ leget: certo intelliget. Qua
ergo gr̃a cecus natus ẽ? vt manife
ſtetur gloria dei. Occurrit alia dubi
tatio. An aliter poterat gloria dei
manifeſtari? Quidni? Neq; eĩ dicit
nõ potuiſſe: ſʒ vt manifeſtaret̃. Er-
go iniuriã ꝓpter dei gloriã accepit.
Quã iniuria dic queſo. ſi eũ non cõ
tẽpſit. ſʒ ex cecitate bñficia cõtulit
Vidit eĩ interioribus oculis Quid
oculi iudeis contulerunt? Maiꝰ ſup
pliciũ cũ videndo ceci eſſent. Quid
cecitas huic obfuit: propt̃ quã vi
dit? Itaq; vt mala huius vite mala
non ſũt. itaq; neq; bona. ſʒ peccatũ
dũtaxat maluʒ. Cecitas nõ ẽ malũ

Qui vero qđ nõ erat vt eſſʒ effecit
poterat ⁊ ſic dimittere. Quidaʒ di
cunt hãc particulã: vt: nõ eſſe cauſa
lẽ. ſʒ euentus. Vt illđ. In iudicium
veni in hunc munduʒ: vt non vidẽ
tes videãt: ⁊ qui vidẽt ceci fiãt Nõ
eĩ venit: vt videntes fierẽt ceci. Et
Paulus: Quia qđ notũ eſt dei: ma
nifeſtũ ẽ illis: vt ſint inexcuſabiles.
At nõ propterea manifeſtauit vt ꝑ
uarẽt̃. ſʒ vt ꝯſeq̃rẽtur excuſatõem.
Et alibi. Lex ãt ſubintrauit: vt abũ
daret delictuʒ. Lex non propterea
ſubintrauit. ſʒ vt ꝓhiberetur pecca
tũ. Ecce his ĩ locis euentus aduer
biũ. Tanq; eĩ optimus q̃dã domus
diſpẽſator: partim ꝑfecit: partiʒ im
ꝑfectũ reliq̃t. vt per hec de vniuer-
ſo incredulis ratõem redderet. ita ⁊
deus tanq; domũ quandã ruinã mi
nantẽ: corpus nr̃m ꝯglutinat ⁊ ꝑfi
cit. manuʒ aridã ſanat: diſſoluta mẽ
bra corroborat: claudos dirigit: le-
proſos mũdat egrotos excitat: debi
lia crura ꝯfirmat: mortuos ad vitã
reuocat: ipſos oculos purificat: ñ
habẽtibus largitur. Que oĩa cũ na
turalis ſint imbecillitatis: meliora
chriſtus efficiens: ſuaʒ indicat pote
ſtatem. Hanc autem particulam.
Vt manifeſtetur gloria dei de ſe: ñ
de patre: dicit. Patris eĩ gloria ma
nifeſta erat Nã cum ex limo forma
tũ a deo hoĩem audiſſent. ideo xp̃s
nunc oculum finxit. Si eñi dixiſſet
Ego ex terra formaui hominem: ar
duuʒ viſum eſſet auditoribus. re au
tem oſtenſum iam negari non pote
rat. Quãobrẽ ip̃e in ſputo puluere
⁊ commixto abſconditam gloriam
manifeſtauit. Neq; eĩ paruũ erat:
vt creature opifex putaretur. Ab
hoc eĩ ⁊ alia aggreſſus eſt: ⁊ a ꝑte:
totũ eſt creditum. Maioris nanq;
fides minus etiaʒ confirmat. Vni
uerſe eñi creature homo eſt preſtan

tiſſimus: ⁊ inter mēbra noſtra ocu
lus. Propterea non ſimpliciter: ſed
hoc modo oculos effinxit. Nam licz
portione paruus ſit: maxime tamē
neceſſari⁹ vt īquit Paulus. Et ſi di
xerit auris non ſum oculus non ſū
de corpore. non ideo non eſt de cor
pore. Quecūqꝫ ei ī nobis ſūt: diuine
ſunt ſapientie indiciū: multo magis
oculus qui totū corpus gubernat
ac regit. Oculus ornat. non os tan
tum. ſꝫ totum corpus. Oculus lucer
na eſt oīm mēbrorum. Quod ei ſol
mundo: hoc oculus corpori. Extin-
cto ſole oīa perduntur ⁊ perturban
tur. ita amiſſis oculis: pedes inuti-
les ſunt: ⁊ manus: ⁊ anim⁹. Corrū-
pitur ei cognitio. his deuz cognoui
mus. Inuiſibilia ei ipſius a creatu
ra mūdi: per ea que ſunt intellecta
cōſpiciūtur. Nō eni corporis lucer
na tantum oculus eſt. ſꝫ anime poti
us. Quare vt in regio quodaz loco
in altiore corporis parte: ſedez ſorti
t⁹ eſt: ⁊ ceteris prefertur ſenſibus.
Hūc igr̄ formauit xp̄s. ⁊ ne materi
a eū nunc: neqꝫ in principio luto in
diguiſſe arbitrareris: q̄ eniz maiora
cum nihil eſſent ſine materia effecit
longe magis ⁊ hec effeciſſet. Ut ſꝫ
intelligas non neceſſitatis cauſa h⁹
feciſſe. ſꝫ eſſe eorū que in principio
facta ſunt opificem. illato luto inq̄t
Uade ⁊ lauare vt intelligas nihil
mihi luto opus eſſe: ad fingēdos o-
culos. ſꝫ vt manifeſtetur in eo glori
a mea. Cū āt de ſe dixerit vt manife
ſtetur gloria dei: addidit. Me opor
tz facere opera eius q̄ miſit me. hoc
eſt manifeſtare meipm̄: ⁊ facere ea-
dez que pater. non ſimilia. ſꝫ eadem:
q̄d maioris eſt conuenientie; neqꝫ
de ijs etiā que vel minimū differūt
dici poteſt. Quis ergo cōtradixerit
cum eadem que pater operatus ſit
Neqꝫ ei tm̄ finxit oculū aut aperuit

ſꝫ viſum largitus eſt: quod ſane ar-
gumentum eſt etiam animā inſpirā
di: qua non operante: oculus etiam
perfectus minime videre p̄t. quare
⁊ anime vigorē ⁊ membrꝫ arterijs
neruis venis ſanguine: ⁊ ceteris ō-
nibus ex quibus corpus noſtrꝫ cō-
ſtat perfectū largitus eſt. Me opor
tet operari dū dies eſt. Quid hoc ſi
gnificat? Quā habet conſequētiaz?
Sane magnum hoc eſt: donec dies
eſt. dū licet hominibus in me credere
dum hec durat vita laborandū ē.
Uenit nox. hoc eſt futurꝫ tempus.
Quando nemo poteſt operari. Nō
dixit quādo non potero operari. ſꝫ
nemo poteſt operari. Id ē quando
non eſt amplius fides neqꝫ labores
neqꝫ penitentia. Cū ei opus fidē ap
pellet: dicunt ei. Quid facimus vt
operemur opera dei? Reſpondet h⁹
eſt opus dei: vt credatis in eū quez
ille miſit. Quomodo ergo hoc op⁹
nemo poteſt tunc operari? quoniaz
fides non ē. ſꝫ velint nolint omnes
acqeſcent veritati. Uerꝫ nequis ad
ambitionem hec referret: corꝫ grati
a omīa facere ꝯfitetur: q̄ in hac tm̄
vita habent credendi poteſtatez: ⁊
nuſquā alibi quicqꝫ ſibi pn̄t ꝓficere
Ideo neqꝫ accedentem ad ſe cecuz
curauit. Nam q̄ curari mereretur:
⁊ ſi vidiſſet credidiſſet ⁊ ꝯcurriſſet
ad Jeſuz. neqꝫ ſi p̄ſentē a q̄qꝫ audiſ
ſet: accedere neglexiſſet. ex ſequenti
bus cōſtat ex eius videlicet fortitu
dine ⁊ fide. Poterat ei ſecum cogi-
tare ⁊ dicē. Quid hoc? lutū fecit: ⁊
liniuit oculos meos: ⁊ dixit. Uade
lauare. nō potuit me prius curare
⁊ inde ad ſiloā mittere? ſepenumero
illic me laui: ⁊ multi mecum: ⁊ nihil
ꝓfeci. Siqd poſſet: corā oſtendiſſet
quēadmodū ⁊ Neeman aduerſus
Heliſeum dicebat. iuſſus eni lauare
ſe in iordanē non credidit. cum ma

gna eſſet. tūc Heliſei opinio. cec⁹ āt
nō diffidit verbis Jeſu: neq̧ ɔtradi
xit: neq̧ quicq̧ cogitauit huiuſmōi.
Quid lutū illinire oportuit? hoc po
tius cecū redderet. Quis vnq̧ hoc
pacto curatus eſt? Nihil tale repu
tauit. Ecce fides firma ⁊ prompta.
Venit nox: qđ indicat poſt crucē:
impios ſibi cure futuros ⁊ multos
alliciēdos Adhuc dies eſt poſt quē
penitus eos abſcindit: vt ſtatim ſi
gnificat. Quādiu in mundo ſuꝫ lux
ſum mūdi: quod ⁊ alio in loco dixit
Credite donec lux vobiſcū eſt Cur
ergo Paulus noctē p̄ſentem vitam
appellauit xp̄s diē. idem dīt nō ver
bis ſꝫ ſentētia? Inquit eī nox preceſ
ſit dies āt appropinquauit. Noctē
p̄ſentem vitā appellat. quoniā in te
nebris verſamur: vel ꝓpter eius ad
diem illā cōparatōem. xp̄s āt noctē
futuꝝ tempus appellat. quoniā pec
catores nihil operari poterūt Nox
a Paulo p̄ſens vita appellat. q꜡ ī te
nebris ſunt: qui in pccis ⁊ incredu
litate degunt Quāobrē fideles allo
quēs ait. Nox p̄ceſſit. dies āt appro
pinquauit. acſi luce illa eſſent frui
turi: ⁊ noctem veterem vitā intelle
xit Abijciam⁹ inquit opera tenebra
rū. Ecce quod illis noctē eſſe dixit
quare ɔſequitur: vt in die honeſte
ambulemus vt lucem illā conſequa
mur Nam ſi huius ſeculi lux tā pul
chra eſt: cōſidera qualis illa futura
ſit. quāto enī ſolaris lux lucerne lu
mē excedit: tanto: imo longe magis
illa ſolarē: qđ inde ſignificauit Sol
obſcurabitur: ad illi⁹ videlicet ſplē
doris comparatōem: vt nō appareat.
Vt ſi in hac vita vt ſplendidas no
bis domos: ⁊ ſalubres cōparemus
magnā pecuniaꝝ vim edificādo an
xij conſumimus: conſidera q̄ nobis
ſubeūdi ſint labores: vt clariſſimā
nobis in celis domū edificem⁹. vbi

lux illa ineffabilis: hic cī ⁊ pugne ⁊
contentōes de terminis ⁊ ꝑietibus:
illic minime. nulla inuidia: nullus li
uor: nulla de limitibus contentio. ⁊
hec ſine dubio relinquēda: illa per
petuo permāſura ſunt. hec tp̄e cō
ſumitur ⁊ multis ſubiecta ē ꝑiculis
illa perpetuo manet. hāc pauper ſi
bi ɔparare non p̄t illam duobus p̄t
obolis quiuis emere. vt vidua illa.
Quamobrem ꝙ̄ꝫ iā moleſtiſſime fero
q꜡ tot nobis bonis ꝓpoſitis deſi
demus: aīmo deficim⁹. ⁊ vt hic ſplē
dide habitemus omnia facimus. vt
āt in celo paruū vel ɔparem⁹ hoſpi
tiū: nihil curamus: vel laboramus.
Dic queſo vbi hic domū hēc velles
ī deſerto: an ī aliquo paruo oppidu
lo? Nō puto. ſꝫ in regijs: ⁊ magnis
ciuitatibus: vbi ⁊ reꝝ copia ⁊ ma
ior nobilitas. Ego tibi talem ciuita
tē propono cui⁹ opifex ⁊ auctor de⁹
eſt: in qua domū minori q̄ꝫ hic ſum
ptu: minori labore condere atq̧ edi
ficare poteris. Edificāt eaꝫ manus
pauperꝝ: hec optima edificatio ſum
ma ſapientia: ſicut quam hic facim⁹
ſumma dementia. Etenī ſi quis te in
perſidem: viſuꝝ regionē illā ⁊ mox
reuerſuꝝ duceret: iuberetq̧: vt illic
domū ſtrueres. nonne eius amentiā
reprehenderes: acſi inutilem ſuade
ret īpenſā? cur non idē in hoc mūdo
facis: quē paulo poſt relinques? Sꝫ
filijs relinquā inq̄s. at illi paulop⁹
te etiā ſequētur: nōnūq̧ p̄cedēt: iti
dem ⁊ coꝝ poſteri: qđ etiaꝫ te āxiū
reddet. cū heredes tuos non diuti⁹
poſſeſſuros videas. illic āt nulla hu
iuſmodi ſuſpicio ſꝫ īmutabilis: ⁊ ti
bi ⁊ filijs: ⁊ nepotib⁹ manet poſſeſſi
o ſi eandē virtutē imitabūtur. Illā
domū xp̄s edificat: quo edificāte nō
opus ē aliū opificeꝫ accerſere: neq̧
vlterius laborare. Cuꝫ de⁹ opus fa
ciēdū ſuſcipit q̄d āplius curādū? ille

neceſſaria colligit ille opus erigit.
neqꝫ hoc tantū mirādū. ſꝫ qđ etiā ſa
tis ſuperqꝫ optimū: ⁊ ſup̄ q̄ꝫ optare
poſſis edificiū cōſtruit. q̄ppe q optī
mꝰ opifex ē: ⁊ maxīe tue ſtudet vti
litati. Et ſi paup̄ es ⁊ volueris hāc
domū edificare: nullā tibi pariet īui
diā. nemo ei inuidus illud domicili
ū intuet̄. ſꝫ āgeli tuis bonis letātur
nemo illđ cōtemnere poterit: nemo
hꝰ morbo laborās illic habitat. Vi
cinos ibi ſāctos: Paulū Petꝝ ꝓphe
tas: martyres: āgeloꝝ cetꝰ ⁊ archā-
geloꝝ habebis. Quibus ratōibꝰ oīa
nr̄a in paupes ꝯferamus: vt illa ha
bitacula conſeq̄mur. gr̄a ⁊ benigni
tate dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i. per quē ⁊ cū
quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſā-
cto in ſecula.

## Homelia lvi.

ex capitulo nono.

Hec cū dixiſſet expuit in ter
ram ⁊ fecit lutū ex ſputo: et
liniuit lutū ſuper oculos eiꝰ
Qui aliquā ex lectoibus vtilitatē
conſeq̄ voluit: nihil hīs ꝑtermitten
dū ē. ꝓpterea ſcrutari iubemur ſcri-
pturas. Multa eī q̄uis ī his facilia
videant̄: magnā tn̄ ſententie ꝓfūdi
tatem hn̄t latentē. Conſidera ꝓpo
ſitū textū. Hec cū dixiſſet expuit ī
terram: Cur hoc? vt manifeſtetur
gloria dei. Et q̄ꝛ oportet me facere
opera eius q̄ miſit me. Nō eī ab re
que dixerat: reduxit nobis ī memo
riā euāgeliſta: ⁊ ſubdidit expuiſſe. ſꝫ
vt verba ſua opibꝰ cōfirmaſſe oſtē-
deret. Et cur non aqua ſꝫ ſputo vſꝰ
eſt? Miſſurus eī erat ī ſiloā. ne qđ ſꝫ
fonti aſcriberet̄. ſꝫ ex ore eius v̄tu-
tē ꝓceſſiſſe intelligeretur. que illius
oculos, ⁊ finxerit ⁊ aperuerit inſpu
it in terrā. hoc euāgeliſta ſignificās
inq̄t. Et fecit lutū ex ſputo. inde ne
ex terra eā ꝓceſſiſſe v̄tutem ſuſpica-
retur: lauare iuſſit. ꝓpterea vt ceci fi
des pateꝫ: ⁊ perfidiā iudeoꝝ argu
eret. Nā credibile erat a pluribꝰ ab
euntē illitis luto oculis viſum ⁊ re
inſolita oīm in ſe oculos cōuertiſſe.
Cū eī non facile eſſet creditu cecū
viſum recuperaſſe: multos vie lon-
gitudīe teſtes ⁊ diligētiores ſpecta-
tores rei inſolentia ꝯparat: vt attē
tiores facti: iaꝫ non poſſent an is eſ
ſet dubitare. Preterea: veteri legi ſe
non repugnare oſtendit: cū ad ſiloā
mittit. Neqꝫ illud erat ſuſpicanduꝫ
an aque illius v̄tute viſum accepe-
rit. Multi enī ſepe illic oculos laue
rant: nullam gr̄am conſecuti. ſꝫ tūc
fuit virtus xp̄i que id operata ē. ide
o in. ͛ꝑtatus ē euangeliſta ſiloam:
qđ eſt miſſꝰ: vt intelligas illic a xp̄o
curatū; vt Paulꝰ inq̄t. Bibebāt āt
de ſpiritali conſeq̄nti eos petra. pe-
tra āt erat xp̄s. Queādmodū ergo
xp̄s petra erat ſpiritalis: ita ⁊ ſiloā
erat ſpiritalis. Mihi āt videt̄ repen
tinam aque efficaciā: arcanū nobis
ſignificare myſteriū. Nōnaꝫ? admi
rabilē ⁊ pt̄ oīm ſpem apparitōem
Sed intuere ceci aīm ī oībus parē-
teꝫ. ꝑbuit os nihil ſolicitus an lutū
eſſet an ſputuꝫ. Et qđ ſibi ſiloā opꝰ
eſſet: et ſi hoc; cur illo. Nō cur lutū
liniret ſuper oculos: aut cur lauari
p̄cceperit. nihil tale reputauit. illud
dūtaxat curauit: vt pareret in oībꝰ
īperanti ⁊ in nullo ꝯturbatus eſt.
Qȝ ſi qs rogaret q̄ūo abluto luto vi
derit: me modū neſcire ꝯfiteoꝛ ⁊ q̄d
miꝝ ſi neſcimus? Neqꝫ eī euangeli-
ſta neqꝫ ipe q̄ curatus ē notat. ſꝫ fa-
ctū vidit: modū dep̄hendere non po
tuit qđ interrogatus reſpondit. Lu
tum ipoſuit oculis meis: ⁊ laui: ⁊ vi
di: ratōem ignorauit: licet ſepius in
terrogatus. Itaqꝫ vicini ⁊ qui vi-
derant eum prius: q̄ꝛ mendicꝰ erat:
dicebant Nonne hic eſt qui ſedebat

ꝛ mēdicabat. Alij dicebant: ꝙ hic ē
Magnitudo rei ad incredulitatem
trahebat: licet tot modis eſſent ad
credēdū allecti. Alij āt dicebāt Nō
ne hic ē q̄ ſedebat ꝛ mēdicabat. pa
pe quo dei deſcēdit humāitas? Be-
nigniſſime mēdicos curat: iudeis ſilē
tiū īponit: ꝙ nō claros ꝛ generoſos
viros: nō pncipes. ſꝫ obſcuros etiā:
ſua dignos ꝓuidentia ducebat. Ve
nerat eī ad oīm ſalutē: ꝛ vt in pali
tico: ita in hoc: factū eſt Neqꝫ eī ille
q̄ ſe curaſſꝫ norat: neqꝫ hic qḋ ꝓpter
xp̄i diſceſſū accidit q̄ ſēꝑ ad ſubue
nīēdū indigētibus ꝑperabat: vt oīs
ſignoꝝ dubitatio tollereť Qui ergo
eū nō videbāt: q̄uo ad gr̄az loq̄bāť?
Sic ꝯfirmabant miracula. neqꝫ enī
hoſtiatim hic cecus mendicabat. ſꝫ
ſedebat ad templi ianuā. Dubitanti
bus ergo oībus de ip̄o: rn̄dit. Ego
ſum. Non puduit cecitatis: neqꝫ po
puli furorē veritus eſt. Nihil diſſi-
mulauit beneficiū p̄dicare. Dicūt ei
q̄uo apti ſunt tibi oculi? Reſpōdit e
is. Ille homo q̄ dr̄ Jeſus. Quid di-
cis? huiuſmodi homo operať? Sꝫ ni
hil adhuc de eo magnū opinabatur
Fecit lutum ꝛ vnxit oculos meos
Verax ſane. Non dr̄ vnde fecerit:
qḋ non viderat. ſenſit āt vngi. ꝛ di
xit mihi: vade ad natatoria ſiloam
Et vn̄ norat Jeſū locutū? Ex ſmo
ne quē ad diſcipulos habuerat Rex
teſtificať: modū ignorat. Nā ſi ī hjs
que ſenſu ꝛ tactu percipiūtur fide o
pus eſtꝫ: longe magis in his que vi
deri nō poſſunt. Et dixerūt ei. Ubi
eſt ille? clamātes iā ꝯtra ip̄m. Intu
ere hic xp̄i humilitatē. Curatos di-
mittebat. q̄ppe q̄ nō gloriā: non po-
puli plauſum: non digito monſtrari
volebat. Et vide quoniā vere cec⁹
ad oīa reſpōdet. Querebāt illi ip̄m
inuenire: vt eū ad ſacerdotes addu
cerēt. cū non inuenirent. illū ducūt
vt melius interrogareť. Ideo euan
geliſta ſabbatū fuiſſe dr̄ vt prauā e
oꝝ mentē oſtēdat: ꝛ cur Jeſuꝫ que
rerēt vt auſam aliqꝫ haberent calū
niandi miraculum: ꝓpter legis trā
greſſoēm. ꝛ hoc conſtat ꝙ ſtatim: q̄
modo oculos ipſius aperuerit īter
rogarūt. Et ꝯſidera eoꝝ verba Nō
dicunt⁹ quomodo vidiſti? ſꝫ q̄uo ape
ruit tibi oculos? vt darēt ei materi
aꝫ opus illud calūniandi. Ille āt tā
q̄ꝫ nō ignar⁹ rei: breuiter reſpondet
Neqꝫ eī Jeſu meminit: neqꝫ ꝙ dixe
rit. Uade lauare. ſꝫ tātū. Lutū fecit
ꝛ impoſuit ſuꝑ oculos meos: ꝛ laui
ꝛ video. Ac ſi maxīo in crimine xp̄ꝫ
dep̄hendiſſent: ita monētur. Quaſi
diceret. Ecce que Jeſ⁹ oꝑatur. Tu
āt ceci ꝯſtantiā ītuere. Qꝫ eī p̄mū ab
illis interrogatus dixerit veritateꝫ
minime miꝝ ē. nūc vero admirādū
ꝙ ꝑterritus neqꝫ negat neqꝫ p̄ou b⁹
verbis ꝯtradicit. Quid pharīſei vel
alij potius? Adduxerūt eū tanqꝫ ne
gaturꝫ. ſꝫ contra euenit. Manifeſti⁹
qḋ nolebant intellexerūt: qḋ ſemꝑ
ꝯtingebat: vt aptius in ſeq̄ntibus
oſtendemus. Quid phariſei? Quidā
non oēs ſꝫ ꝑtinaciores dicebāt Hic
homo nō ē a deo ꝙ ſabbatuꝫ nō cu
ſtodit Alij dicebant. Quomodo p̄t
homo peccator hec ſigna facē? Ec
ce ꝙ ſignis alliciebātur. Nam q̄ an
tea miſerant: vt adduceret. audi q̄d
nūc etſi non oēs dicāt. Et eī licꝫ p̄n
cipes glorie cupiditate: in incredu
litate ꝑſiſterēt. multi tn̄ crediderūt
q̄uis nō ꝯfiterētur. populus āt in
glorius erat vtpote q̄ nihil in ſyna
goga poterat. p̄ncipes clariores dif
ficilius acq̄eſcebant. Hos igr̄ p̄nci
patus amor: illos metus cōtinebat
Qual' inq̄t Quomodo poteſtis cre
dere q̄ gloriam ab hominibus accipi
tis? ꝛ ipſi q̄dem qui iniuſte interfice
re conabantur: dei ſe eſſe dicebant.

Qui cecos curabat: cum ex deo eſſe
non poſſe: eo ꝙ ſabbatū nō ſuaſſet.
Nō alij negant. Quoniaꝫ peccatoꝛ
hec ſigna facere non poteſt. Illi ma
ligne omiſſo miraculo: ꝗ videbatur
tranſgreſſio adducūt in mediū. Nō
eī dicūt in ſabbato curat. ſꝫ ſabbatū
nō cuſtodit. Hi infirme ſubicient ꝓ
bādum nanqꝫ erat non ſolūiſſe ſab
batū. Ex ſignis tantū confirmant.
Nec immerito. Adhuc hoīem eñ ar
bitrabantur. Qꝫ ſi deū noſſent: aliꝫ
eū excuſare potuiſſent. ꝙ videlicet
ſabbati dñs eſſet. ⁊ illud fecerit. ſed
nondum hoc ſentiebant. Nemo tñ
audebat ſententiam ſuā palam facē
ſꝫ dubitabant: ꝑtim timoꝛe: partim
ambitione. Sciſma ergo erat inter
eos: quod prius in populo ortū eſt:
inde in principibus: ⁊ alij quidā bo
nuꝫ eſſe dicebant: negabant alij: ꝙ
deciperet turbam. Uides ſtultioꝛes
multitudine principes etiam ſe ſcin
dentes? Non tamen generoſum qͤ
qꝫ pre ſe tulerūt: cum phariſeos iſta
re intelligerent. Qꝫ ſi omnino ſe ſci
diſſent: cognouiſſent fortaſſe verita
tem. poteſt enī quis recte ſcindi. Jd
circo inqt. non veni mittere pacē ī
terram. ſꝫ gladiuꝫ. Eſt ⁊ mala ꝯcoꝛ
dia, ⁊ diſcoꝛdia bona. Siquidem q
turrim edificabant concoꝛdes erāt
in malo ſuo: inde etſi inuiti: ad bo
nū tamē diſſenſerūt. ⁊ ſocij coꝛe: ma
le conueniebāt. ideo bene diuiſi ſūt
⁊ Judas cum iudeis praue conſen
ſit. Eſt ergo bona diſcoꝛdia. Et cō
coꝛdia mala. Quāobreꝫ ait. Si ocu
lus tuus ſcandaliſat te: erue eum. ⁊
ſi pes abcide. Qꝫ ſi mēbruꝫ male cō
iunctū abſcindenduꝫ eſt. nonne lon
ge magis praui amici? Quare ꝯcoꝛ
dia non ſemper bona ſicut neqꝫ diſ
coꝛdia mala. Dico hoc. vt malos fu
giamus: ſequamur bonos. Nā ſi mē
bꝛꝫ inſanabile: metu ne reliqua coꝛ
rumpat incidimus: non ꝙ illud ne
gligamus. ſed vt ſeruemus cetera:
quātomagis in ijs qui male nobis
iuncti ſunt idem faciendum? Qꝫ ſi e
os meliores reddere poſſemus ⁊ no
bis non officeremus: omnia eſſent
faciēda. Sin incoꝛrigibiles ſunt: ⁊
nos ledimus: abſcindendi ſunt a no
bis. Sepe eī hoc pacto magna pro
us blaſphematur. Quam enim veni
am conſequemur: ſi cum aliis noſtra
exhibere precipiamur: aliena rapi
mus? Que nobis ſpes ſalutis? niſi
eſurientem nutris: ſupplicio afficis.
ſi veſtitum ſpolias: quid tibi ſperan
dum? Hec frequenter dicere non
ceſſimus. quoniam qui hodie non
audiunt: cras audient. et qui neqꝫ
cras perendine. Et ſi qui imperſua
ſibiles ſunt. nos tamen non iudica
bimur. noſtrum enim officium im
pleuimus. Utinam autem ne vos
horum pudeat: neue poſſitis accuſa
ri. ſed omnes chriſti tribunali auden
ter aſtare: vt et nos in vobis gloria
ri poſſimus: et malorum aliquam ca
pere conſolationem: probationem
videlicet veſtram in chriſto Jeſu do
mino noſtro: cum quo patri gloria
ſimul et ſpiritui ſancto in ſecula ſecu
la ſeculorum. Amen.

## Home lxvii
ex capitulo xii.

Reſpondit ei turba. Nos au
diuimus ex lege ꝙ chriſtus
manet in eternum. Et quo

modo dicis: oportet exaltari filium
hominis? Quis est iſte filius homi-
nis? Manifeſtus error eſt et imbe
cillis: quamuis extrinſecus callide
fucetur. Et quemadmodum qui pu
tres ⁊ ruinam minantes parietes
albo tectorio linunt. non tamen eos
poſſunt dirigere. ita et mendaces fa
cile deprehenduntur. Quod hoc in
loco iudeis contigit. Cum enim ad
eos christus diceret cum exaltatus
fuero a terra omnes traham ad me
ipſum. Nos audiuimus inquiunt a
lege. quia christus manet in eternuꝫ
⁊ quomodo tu dicis ꝙ exaltari opor
tet filium hominis? Quis eſt iſte fili
us hominis? Norant igitur christū
immortalem ⁊ vitam habere ſine fi
ne. vnde etiam quid diceret intellige
bant. Nam ſepenumero in ſcriptu
ris ſimul ⁊ paſſio ⁊ reſurrectio poni
tur: ſiquideꝫ Heſaias vtrunqꝫ ſimul
ponit. Tanquam ouis inquit ad oc
cisionem ductus eſt: ⁊ que ſequūtur.
Et dauid in ſecūdo pſalmo: ⁊ pleriſ
qꝫ alijs coniungit hec vtraqꝫ. et pa-
triarcha. cum dixiſſꝫ procidens dor
miuit vt leo. inde addidit. et vt catu
lus leonis excitauit eum. ſimul et
paſſionem oſtendit ⁊ reſurrectioneꝫ
Sed hi arbitrati ſilentium ei impo
nere: et non eſſe christum oſtendere.
christum in eternum manere confi-
tentur. Et vide ꝗꝫ praue. Non enim
inquiunt. nos audiuimus ꝙ christ⁹
nihil patitur: neqꝫ crucifigitur. ſed
manet in eternum. Atqui neqꝫ hoc
dictum contrarium erat. Immorta
litati enim paſſio non fuit impedi-
mento Hinc videre licꝫ: multis eos
intellectis ſponte ſua in malicia per
ſtitiſſe. Cum enim de morte ſuperi-
us verba feciſſet Jeſus. et cum illi
exaltari audirent: id ſuſpicati ſunt.
inde dicunt. Quis eſt iſte filius ho-
minis? et hoc maligne. Noli inqui-
unt arbitrari: ꝙ de te hoc dicamus:
neqꝫ dicere ꝙ te propter odium op
pugnemus. Ecce neſcimus de quo
dicas. ⁊ tamen profitemur. Christ⁹
autem eis ſilentium imponens: oſtē
dens ꝗꝫ paſſionem nulli eſſe impedi-
mento vt maneat in eternum. Ad-
huc inquit modicum lumen in vo
bis eſt: indicans mortem ſuam trāſ
lationem eſſe. Siquidem ſolis lumē
non extinguitur. ſed breui ſecedens
rurſum apparet. Ambulate dum lu-
cem habetis. Quod hic tempus di
cit? An preſentem omnem vitam. an
tempus ante crucem? Ego vero v-
trunqꝫ arbitror: propter immenſam
eius humanitatem: multi etiaꝫ poſt
crucem crediderunt: hoc auteꝫ dicit
vt eos ad fidem impellat: vt ſuperi
us. Adhuc modicum tempus vobi-
ſcum ſum. Qui ambulat in tenebris
neſcit quo vadat. Quot nunc iudei
faciunt que neſciunt? ſed tanquam
in tenebris verſantur. Videntur ſi-
bi recta incedere: cuꝫ longe aberrēt.
Sabbatum cuſtodiunt: ⁊ legem ſer
uant: ⁊ ciborum habent obſeruatio
nes. neſciunt tamen quo vadant. Jō
dicebat. Ambulate in luce vt filij lu
cis ſitis. hoc eſt mei. Et in principio
inquit euangeliſta. Neqꝫ ex ſangui-
nibus neqꝫ ex voluntate carnis. ſed
ex deo nati ſunt. hoc ē ex patre. Hic
autem ipſe dicitur eos generare. vt
vnam patris et filij operationem
intelligas. Hec locutus eſt eis Je-
ſus: et abijt et abſcondit ſe ab eis.
Quid nūc abſconditur. Neqꝫ enim
contra ipſum lapides tulerant: neqꝫ
blaſphemarant vt ſuperius. quare
ergo ſe abſcondit? Qui cor hominis
intrat: norat eorum animos exaſpe-
rari. etiamſi nihil dicerent: norat
feruentes et ad cedem promptos:

neqꝫ expectauit dum rem aggrederē
tur.ſed abſconditur. vt eorum placa
ret inuidiam. Conſidera quomodo
id ſignat euangeliſta.cum autē tan
ta ſigna feciſſet coram eis:non credi
derunt in eum. Queuam tanta? Ea
pretermiſit euangeliſta vt ex ſequen
tibus conſtat. etenim cum diſceſſiſſꝫ
⁊ rurſum rediret iterum placide eos
alloquitur. Qui credit in me.nō cre
dit in me.ſed in eū qui miſit me. Ui
de quid facit. Incipit ab humilibus
et confugit ad patrem:et iterum tol
lit ſermonem ſuum:⁊cum eos efferā
ri intelligit diſcedit ⁊ redit rurſum.⁊
rurſus ab humilibus orditur.et vbi
hoc.vbi illud fecit? Conſidera a prīn
cipio. Sicut audio:iudico. Inde al
tius: Sicut pater ſuſcitat mortuos
et viuificat: ſic et filius quos vult
viuificat. Et iterum. Ego non iudi
co vos.alius eſt qui iudicat. Inde
diſcedit et prodit in galilea. Opera
mini inquit.non eſcam que perit. Et
cum de ſe magna locutus eſſet:ꝙ de
celo deſcenderat:ꝙ vitam eternam
daret.iterum abijt et reuertitur ad
ſcenophegia. Hoc idem frequenter
facientem videre poſſumus. Ita do
ctrinam ſuam variat:preſentia ab
ſentia:humilibus: magnificis qꝫ ſer
monibus:quod et hic facit. Cum tā
ta ſigna feciſſet coram eis:non credi
derunt in eum. Ut ſermo Yſaie ꝓ
phete impleretur quem dixit. Domi
ne quis credidit auditui noſtro et
brachium domini cui reuelatuꝫ eſt?
Et iterum. Propterea non potue
runt inquit credere.quia iterum di
xit Yſaias. Auditu audietis. et
non intelligetis. Hec dixit Yſai
as quando vidit gloriam eius et lo
cutus eſt de eo. Ecce iterum hanc
particulam.quia dixit:non cauſalē
eſſe ſed euentus. Neqꝫ enim quia di

xit Yſaias.non crediderunt.ſed quia
non erant credituri:ideo dixit. Sed
quare non ita dixit euangeliſta.ſed
incredulitatē a prophetia.non pro
phetiam ab incredulitate eſſe dicit.
et ſuperius hoc idem vehementius.
Propterea non potuerunt credere
quia dixit Yſaias? Hinc magnam
vult ſcripture certitudinem demon
ſtrare:⁊ ꝙ non aliter qꝫ prophetatū
ſit euenit. Ne quis enim diceret et
qua gratia venit chriſtus?neſciebat
nō credituros? Prophetas hoc no
uiſſe inducit. Uenit autem:ne pec
cati ſui vllam haberent excuſationē
Que predixit propheta:tanqꝫ omni
no futura predixit. Niſi enim pror
ſus futura nouiſſꝫ.non ſane predixiſ
ſet. Erant autem procul dubio futu
ra.cum illi incurabiliter ſe haberent
non potuerunt autem.hoc eſt nolue
rūt. Neqꝫ te admiratio capiat. Ali
bi eī inquit. Qui poteſt capere capi
at. Ita nonnunqꝫ poteſtate pro vo
luntate vtitur. Et iterum. Non po
teſt mundus vos odio habere:me
autem odio habet. Hoc ⁊ in cōmu
ni ſermone vſurpatum videmus.cū
quis dicit. Non poſſum aſperū ho
minem diligere.vehementiam volū
tatis poteſtatem appellans.et iterū
Non poteſt ille fieri bonus. et pro
pheta. Si mutabit ethyops pellem
ſuam.⁊ pardus varietatem ſuam.et
populus hic poterit benefacere:qui
didicit mala. Non dicit ꝙ impoſſibi
le ſit ei bene operari.ſed quia noluit.
ideo nō poſſunt. Qd aūt hoc in loco
dicit euangeliſta: ita intelligitur: ꝙ
impoſſibile erat prophetam mentiri
non tamen ꝓpterea impoſſibile erat
vt crederent. Licebat enī etiā illis
credentibus verū eē ꝓphetam. Nō eī
predixiſſꝫ.ſi fuiſſent credituri. Quid
ergo inquies non ita dixit? Quo

niam proprietates quaſdam habet ſcriptura: cuius legibus eſt concedēdum. Hec autē dixit quando vidit gloriam eius. cuius? Patris. Quomodo ergo Johannes de filio dicit. Paulus autē de ſpiritu? Non inq̄ confundentes perſonas. ſed vnam ſignificantes dignitatem. etenim que patris ſunt: ſunt ⁊ filij: ⁊ que filij: ſpiritus ſancti. Atqui multa per angelos dixit: ⁊ nemo dixit ſicut dixit angelus. ſed deus. que enī per angelos a deo dicta ſunt: dei ſunt. non autē q̄ dei: angelorum. hic autem ſpiritus dicit verba eſſe: et locutus eſt de eo. Quid locutus eſt? Vidi dominum ſedentem in throno alto: et que ſequuntur. Gloriam hic viſionem illā appellat. fumum. arcana audiſſe myſteria: viſionem ſeraphim. fulgur a throno diſſiliens: in quod inſpicere potentie ille non poſſent. Et locutꝰ eſt de eo. Quidnam? Qui audiuit vocem dicentem? Quem mittam? ⁊ q̄s ibit? Et dixi. ecce ego ſum. mitte me. Et dixit. Auditu audietis: ⁊ non intelligetis: ⁊ videntes videbitis et neſcietis. Excecauit oculos eorū: ⁊ indurauit cor eorum. vt non videant oculis: et corde non intelligant Ecce aliam queſtionem. Non eſt tamen ſi recte conſiderabimus. Quemadmodum enim ſol debilem oculorum aciem perſtringit: non natura ſua: ita vſuuenit in ijs qui diuino nō attendunt ſermoni. Ita et pharaonis cor induruiſſe dicitur. ita ijs accidit: qui dei verbū oppugnāt. Proprium hoc ſcripture. Vt illud. et tradidit eos in reprobum ſenſum. et iterum. Abijt a gentibus. hoc eſt ſeceſſit: eas dimiſit. Non enim hec a deo ſed ab aliorum malicia prouenire oſtendit. Cum deſerimur a deo: tradimur diabolo: in cuius poteſtatem redacti: innumeris malis afficimur. Vt ergo auditorem perterreat inquit. Indurauit. ⁊ tradidit. Qui enī ipſe non ſolum non tradat. ſed ne derelinquat quidē: niſi velimus. audi quid dicat. Nonne peccata veſtra diuidunt me a vobis. et iterū. Qui longe diſcedunt a te: pereunt. Oſee autem dicit. Oblitus es legis dei tui et ego tui obliuiſcar. et ipſe in euangelio. Quotiens volui congregare filios veſtros ⁊ noluiſtis. et iterū Heſaias. Veni ⁊ non erat homo. Vocaui ⁊ non erat qui audiret. Hec autē dicit: vt noſtra cauſa deſeri nos: et nobiſipſis perditiōis nr̄e auctores demonſtret. Deus autē non modo nos non derelinquere ⁊ punire vult ſed quotiens punit. inuitus punit. Nolo inquit mortem peccatoris. Chriſtus autem cum peritura eſſet hieruſalem etiam lachrymatus eſt: quod nos in amicis facimus. Hec ergo videntes: omnia faciamus ne nos deus derelinquat. ſed curā anime ⁊ mutui amoris habeamus. Ne q̄ mēbra nr̄a ſcidamus: qđ inſaniē tium eſt: et alienatorum a mente. ſed quanto magis a nobis alienos proximos videmus: magis in eos ſimꝰ officioſi. Etenim in corporibus multos ſepe videmus incurabili morbo laborantes. imponamus medicamēta. Quid podagra peiꝰ? Quid chiragra. Incidemus membra? Minime. ſed aliquod remedium diſquiremus: ex quo morbum ſoluere poſſumus. Hoc idem in fratribus faciamus: et ſi grauiſſime egrotent: curemus medicinam: et feramus inuicem onera. Sic implebimus legē chriſti ⁊ promiſſa bona conſequemur. Gratia et benignitate domini noſtri Jeſu chriſti: cū quo patri gloria ſimul ⁊ ſpiritui ſancto in ſecula

# Home. lxviii.

ex capitulo xij.

Verūtamē ex principibꝰ mlti
crediderunt in euꝫ.ſed ꝓpter
pharizeos non confitebātur
vt de ſynagoga non eijcerentur. Di
lexerūt eniꝫ gloriaꝫ hominū magis
ꝙ̄ gloriaꝫ dei. Omnia quidem no
bis fugienda neceſſario ſunt que ani
mam noſtram corrumpunt. ſed illa
longe magis: que plura peccata ex
ſe pariūt. vt exempli gratia. Auari
cia ꝑ ſe grauis morbꝰ eſt. longe gra
uior: quia radix ⁊ mater eſt omniuꝫ
maloruꝫ. Eiuſmodi eſt inanis gloria
Ecce hi propter glorie cupiditatē fi
dem contempſerunt. Multi inquit
ex principibus crediderunt in eum
ſed propter phariſeos non confite
bantur: vt de ſynagoga nō eijceren
tur. quod etiam ſuperius dixit. quo
modo poteſtis credere gloriam abī
uicem accipientes: ⁊ gloriam que a
deo eſt non querentes? Non ergo
principes erant. ſꝫ ſerui. Seruiebāt
enim vltimam ſeruitutem. Verunta
men et hic poſtmodum metus aboli
tus eſt. Minime autem apoſtolos
hoc affectu detentos videmus. etei
principes illis et ſacerdotes credide
runt. Siquidem ſpiritus gratia ſu
perueniens adamāte eos firmiores
reddidit. Cum igitur hoc ne tunc
crederent impediret. audi quid di
cat. Qui credit in me: non credit in
me. ſed in eum qui miſit me. quaſi di
cat. quid timetis in me credere. fi
des in deum per me aditum habet:
ſicut et incredulitas. Intuere quo
modo in omnibus ſubſtantie indicꝫ
differentiam. Et non dixit. Qui cre
dit mihi. Ne quis verba eius credi
interpretaretur. quod et in homini
bus dici poterat. qui enim apoſtolis
credit: non apoſtolis credit. ſed deo.
Sed vt intelligeres de fide in ſub
ſtantiam dicere. non dixit. qui credit
verbis meis. ſed in me. Atqui: cur
inquit non e contrario? qui credit
in patrem: non credit in patrem. ſed
in me? quoniam iam ſe in patrem
credere dixiſſent. et non in ipſum.
Imbecilliores enim adhuc erant.
Diſcipulos autē allocutus: his ver
bis vſus eſt. Creditis in deum: et in
me credite. hos. autem cum infir
miores ad hec audienda noſſet: ali
ter allicit. oſtendens patri credi nō
poſſe: niſi in ſe credatur. Et ne puta
res tanquam de homine dictum ad
dit. Qui videt me: videt qui miſit
me. Quid ergo: corpus eſt deus? Mi
nime. ſed animi ſpeculationem intel
ligit. et hic conſubſtantialem ſignat.
Et quid ſignat. Qui credit in me?
At ſi quis diceret. qui aquam e flu
mine accipit. nō fluminis ſed fontis
accipit. Imo infirmum hoc exem
plum eſt: ad ſubiectam materiam.
ego lux in mundum veni. Cum eniꝫ
pater et in veteri et nouo teſtamen
to frequenter hoc nomine vocetur:
etiam ipſe eodem vtitur. Ideo Pau
lus ſplendorem eum appellat. hinc
accipiens: et multam hinc oſtendit
ad patrem conuenientiam. imo nul
lam differentiam. ſiquidem in ſe fidē
non in ſe. ſed in patrem eſſe teſtatur.
Lucem autem ſeipſum appellat: ꝙ er
rores pellat: ⁊ intellectꝰ auferat tene
bras. Sed etſi quis audierit verba
mea: et non cuſtodierit. ego non iu
dico eum. Non enim veni vt iudicē
mundum. ſed vt saluificem munduꝫ.
Nec eſtimaretur propter imbecilli
tatem contemptores dimittere. Nō
inquit non veni vt iudicem mundū.
Inde ne pigriores fierent intelligen
tes ꝙ qui credit ſaluatur: qui non

credit punitur. vide ꝙꝫ formidoloſuꝫ
eis iudiciuꝫ minatur. Et qui ſpernit
me ⁊ non accipit verba mea. habꝫ q̃
iudicꝫ eum. Si pater neminem iudi
cat. ⁊ tu non veniſti vt iudicares
mundum quis eum iudicat? Sermo
quē locutus ſum: ille iudicabit eum.
Nam cum dixiſſent non eſſe ex deo:
inquit ꝙ tūc hec dicere non poterūt
Verba que locutus ſum: vos accu-
ſant: ⁊ omnem auferunt excuſati-
onem. Sermo quem locutus ſum.
Quis ſermo? Q a meipſo non veni.
Quia qui miſit me pater: ille dedit
mihi mandatum: quid dicam ⁊ quid
loquar. Ergo hec propter eos dicta
ſunt: vt nullaꝫ pꝛſus haberent excu
ſationem. Nam niſi ita ſe res habēt
in quo excederet Heſaiā: qui idem
dixit. Dominus dedit mihi linguam
eruditā: vt intelligam quādo ſermo
nem dicere oporꝫ? Quid de Hiere-
mia dicam? Eteni ille q̄n miſſus eſt
inſpirationem habuit. quid de Hie
zechiele? qui p̄cipuū caput deuorās:
ita locutus eſt. Inueniebātur prete
rea qui eſſent audituri que diceret q̃
erant cā cur ita loqueretur. Q ſi q̄n
miſſus eſt: tunc accepit q̄d diceret. p̄
us autē neſciebat. Quid his verbis
profanius? quid magis impium? Si
quis ea ita accipiat: ⁊ non intelligat
eorum humilitatis cauſam. Uerum
Paulus ip̄e etiam diſcipulos intelli
gere dixit: que ſit voluntas dei bo-
na: et beneplacens ⁊ perfecta. Fili-
us autem neſciuit quoad mandatuꝫ
accepit? Quanam hec ratione nitun
tur. Ecce ꝙ propterea in humilita-
tis exceſſum: ſermonem ſuum addu
cit: vt illos alliciat: et ijs qui ventu
ri erant ſilentium imponeret. Ideo
humana profert verba: vt hoc ſal-
tem modo neceſſario: vtilitateꝫ ver
borum repudiarent: intelligētes nō
natura. ſed ob auditorum imbecilli

tatem ita locutum. Et ſcio quia mā
datum eius vita eterna eſt. Que er-
go ego loquor ſicut dixit mihi pater
ſic loquor. Conſideras verborum
humilitatem? qui eniꝫ mandatuꝫ ac
cipit: non ſui dominus eſt. Atqui:
ipſe inquit. Quemadmodum pater
ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic ⁊ fi
lius quos vult viuificat. Anne ſu-
ſcitandi quos vult habet poteſta-
tem. dicendi autē non habet? Quid
ergo hoc ſignat? Hoc eſt. ꝙ non ita
ſe res habet: vt aliud ille: aliud ego
loquar: et ſcio quia mandatum eius
vita eterna eſt. Hoc eos refutat:
qui ipſum deceptorem dicebant: qui
in ſordibus verſabantur. Cum au-
tem dicit. Ego non iudico. hoc eſt.
Non ſum perditionis eorum cauſa
ſed ipſi ſue. Per hoc tantum non te-
ſtatur diſceſſurum ſe ab eis: nec am
plius rediturum. Quia nihil tanꝙꝫ
meum locutus ſum vobis. ſed tanꝙꝫ
a patre omnia. Et propterea humi
li ſermone rem concludit: vt diceret
ad finem vſqꝫ idem ſe locutum. Si-
cut mandauit mihi pater ſic loquor
Q ſi deo contrarius fuiſſem: etiam
contraria eſſem locutus: aut ad me
gloriam retuliſſeꝫ. Nunc autē adeo
omnia in patrem retuli: vt nihil me
um dicereꝫ. Cur ergo non creditis
dicenti me mandatum accepiſſe et
tanto ſtudio omnē auferenti ſuſpici
onem ne patrē oppugnē? Quēadmo
dū eni qui mandatū accipiūt: neqꝫ fa
cere neqꝫ dicere volunt: p̄ter mitten
tis volūtatē: quouſqꝫ mandatū im
pleant ne q̄d tranſgrediātur. ita nec
dicere neqꝫ facere aliud poſſuꝫ ꝙꝫ pa
tris volūtateꝫ. q̄ ego facio ille facit
quia mecū eſt: neqꝫ dimittit me ſolū
pater. Animaduertis vt ſemꝑ vna-
nimē patri ⁊ nullā inter ſe differen
tiā oſtendit? Et cū dicit. A meipſo
non veni. nō poteſtatē. ſꝫ diuerſitatē

et contrarietatez tollit. Nā ſi homi
nes ſuiſpoꝝ domini ſūt: lōge magis
vnigenit⁹ fili⁹. Et ꝙ hoc ſit verū au
di Paulum. Qui exinaniuit ſeipſum ⁊
tradidit pro nobis. Sȝ vt dixi gra
uis res inanis gloria grauis. ipſa eī
et illos non credere: et alios non re-
cte credere: adducit. et que propter
illos humanitatis gratia dicta ſunt
ea in impietatem vertit. Hanc igi-
tur beſtiam ſemper fugiamus. Va-
ria nanqȝ eſt ⁊ multiformis: ⁊ vbiqȝ
ꝓpriuz vir⁹ diſſeminat: ⁊ pecunijs:
⁊ delicijs: ⁊ corporis pulcritudine.
Hac gratia ſemper neceſſitatem ex
cedimus: inde veſtimentorum copia
inde ⁊ ſeruorum examen: inde oīs
neceſſitas contemnitur: in domibus
veſtibus: menſe ſplendore: exceſſus
dominatur. Vis frui gloria? Facias
elemoſynam. tunc te angeli lauda-
bunt: tunc deus accipiet. Nunc aūt
aurifices tantum: et textores admi
rantur. tu inglorius circunferris et
nonnūqȝ maledicta in te audis: ⁊ re
prehenſiones. Qȝ ſi que in veſtibus
conſumis: conferres in pauperes:
multus te vbiqȝ plauſus: multe lau
des ſequerentur. Tunc ea haberes:
ſi alijs dares. ſi tibi ſeruas: minime
habes. Certus enim theſaurus eſt
pauperum manus. Quid corpus or
nas: anima neglecta et immundicie
plena? Quid non tantam anime q̄s-
tam corpori tribuis diligētiam? Cer
te illius maior habenda eſt. Verum
enimuero dilectiſſimi: parem poſtu
lamus. Si quis tibi optionem ꝓpo
neret: an egregium corpus et bone
habitudinis: ⁊ alijs ſpecie preſtans.
vili tū indutum veſte. an turpe: et
morbis implicitum. ornatum tū au
ro ⁊ pulcritudine cultū malles Nō-
ne naturalez corporis pulcritudinē
veſtimentis preferres? In corpore
hoc ſane prefertur. In anima cōtra
quā qui turpem informez ⁊ nigraz
habet: putat eam ſe auri ſplendore
emendare. Quenam hec amētia? In
teriorem ornatum cures velim: et
hec monilia anime apponas. Naz ſi
ijs corpus ornetur neqȝ ad bonā va
litudinem: neqȝ ad formaz quicqȝ cō
feret. Neqȝ enim nigrum corpus al
bum reddet: neqȝ turpe ſpecioſum.
Si anime id addideris: e veſtigio cā
pro nigra candidam: pro turpi for-
moſam: reddes. Neqȝ meus hic ſer-
mo. ſed ipſius dei dicētis. Si fuerit
peccata veſtra vt coccinum. quaſi
nix dealbabuntur. Et date elemoſy
nam: ⁊ omnia vobis erunt munda.
Nec te mulier hoc animo ſolum.
ſed et virum ornabis: qui ſi hos or
natus deponentem viderit: non ni
mio ei ſumptu opus erit. Qui non
habent: deponent habendi cupidita
tem: ad elemoſynaz promptiores ac
cedent: et vos magis poteritis eis
neceſſaria perſuadere. Nunc autem
omnis huiuſmodi poteſtas ablata ē
Quibus oculis aſpicietis. quo ore
quicqȝ petetis. cū plurima in corpo
ris ornatum cōſumatis? Tunc audē
ter poteris viruz tuū ad elemoſynā
hortari. cū tu tua abieceris ornamē
ta: ⁊ ſi nihil profeceris. tu tū officiuz
tuū feceris. imo impoſſibile eſt ne eū
lucreris: ſi re ipſa loq̄ris. Quid ſcis
mulier an virum ſaluuz factura ſis?
Quemadmodum enim etiam pro il
lo rationem reddittura es: ita ſi ab
inanibus ⁊ abſurdis eum opinioni-
bus abduxeris: duplicem mercedem
conſequeris: cum viro coronata et
triumphans ſecula illa immortalia
et eterna bona conſecuta. quibus
vtinam omnes fruamur. gratia et
benignitate domini noſtri Jeſu chri
ſti cui gloria in ſecula ſeculorum A-
men

Capitulum xiij.

## Home. lxix.

Ante diē autē paſche. ſciēs
ieſꝰ qꝛ venit hora: vt tranſ
eat ex hoc mundo ad prēz
cū dilexiſſꝫ ſuos q̄ erant in
mundo. in finem dilexit eos. Imi-
tatores mei eſtote inquit Paulꝰ: ſic
ego chriſti. Propterea enim carnem
ex maſſa noſtri corporis accepit: vt
per eam nos virtutem erudiret.
In ſimilitudinem inquit carnis pec
cati: et de peccato peccatum in car
ne damnauit. et ipſe inquit. Diſcite
a me quia mitis ſum et humilis cor-
de: quod non verbis tm̄. ſed et re ipā
oſtendit. Siquidem ⁊ ſamaritanum
eum iudei et demoniū hn̄tez ⁊ dece-
ptorē appellabant: et lapides in euz
iecerunt. et nunc quidem miniſtros
miſerunt pharizei: vt eū perderent.
nūc alios qui ei inſidias tenderent.
⁊ ipſi nōnunq̄ꝫ in ꝯtumelias ꝓrūpe
bant. cū non mō nihil haberent qđ
accuſarent. ſed plurimis eſſent bn̄fi
cijs affecti. Necꝫ adhuc ceſſat a bn̄fi
cijs aut verbo aut opere. ⁊ cuz a ſer
uo cederetur inquit. Si male locutꝰ
ſum. teſtimonium perhibe de malo.
ſi aūt bene. qđ me cedis? Et hec ad-
uerſus inimicos ⁊ inſidiatores. Vide
amꝰ q̄lis in diſcipulos fuerit. Quid
facit nunc vel aduerſus proditorez?
Qui enim maxime odio dignꝰ erat:
vtpote diſcipulus ⁊ familiaris: ⁊ qui
miracula viderat: ⁊ omnibꝰ intereē
dignus habitus eſt: ⁊ grauꝰ pecca
uit. Lapides quidē in Jeſum non ie
cerat: necꝫ in ꝯtumelias ꝓrupit. hūc
q̄ꝫ humane accipiat: opere preciū ē
intueri. lauit eius pedes: quo officio
cohibere euz a ſcelere illo voluit. At
qui: ſi voluiſſꝫ poterat eum areface
re quemadmodum ⁊ ficum: ⁊ ſcinde
re vt petras ⁊ velum. ſed non neceſ
ſitate. ſed voluntate propria vole-
bat eum a proditione abducere. Iō
lauat eius pedes. necꝫ hoc infelix il
le reueritus eſt. Ante diem paſche
inq̄t. ſciens Jeſus quia venit hora.
Non tunc ſciuit. ſed cum fecit quod
fecit. Vt tranſeat. Perq̄ꝫ ſapienter
euangeliſta: tranſitum eius mortem
appellat. Cum eos relicturus eſſet:
vehementiorē dilectionem oſtendit.
Hoc enim ſignificat. Cum dilexiſſꝫ
ſuos qui erant in mundo in finem
dilexit eos. Nihil omiſit: quod vehe
menter amantez deceret. Sed quid
a principio hoc non fecit? Maiora
poſterius reſeruat: vt eorum in ſe
charitatem augeret: animaret q̄ꝫ: vt
futura mala forti animo ſubirent.
Suos autem: ſecundum familiarita
tis rationem: alios ſecunduz opifici
um appellat. Vt cum dicit. Et ſui eū
non receperunt. Quid aūt ſignat il
la particula in mundo? Quoniā eti
am mortui ſui erant. vt Abraā Iſa-
ac ⁊ Jacob: ⁊ alij plurimi. ſed hi nō
erant in mundo. Vides ⁊ veteris ⁊
noui teſtamēti eum deum eſſe? Quid
ſibi vult ea particula in finem dile-
xit eos? hoc eſt ſemper dilexit cuius
ſignum hoc dicit. Atqui: ſepe aliud
īquit. ponere ſe pro amicis ſuis ani-
mam. ſed hoc nondum fecerat. Qua
autez gratia hoc fecit? Quia multo
mirabilius erat: qn̄ clarior apud om
nes apparuit. ⁊ nō parum in diſceſſu
ſuo ꝯſolatꝰ eſt. Cuz enī eſſent maiorē
in modū dolituri. equalē illi dolori
conſolationem affert. Et cena facta
cum diabolus iam miſiſſet in cor: vt
traderet eum Judas. Hoc pterritꝰ

addidit euangeliſta: ꝙ qui ſe iam tra
dere ꝓpoſuerat: lauerit oſtēditq̄ ma
ximaʒ Jude maliciaʒ: ꝙ ne menſe q̄
dē cōmunicatio euʒ cohibuit: vt ma
xime ſolet. non ad vltimuʒ vſq̄ dieʒ
cuʒ magiſtrū habuerit: ſcierit q̄ oīa
ei tradita a patre: ⁊ ꝙ a deo veniſſʒ
⁊ ad deum iret. nihil inquit. Qꝫ cum
talis et tantus eſſʒ ⁊ a deo veniret ⁊
ad deū iret: cū omniū dn̄s aret id mo
lit⁹ ē neq̄ reuerit⁹ ē: tātā rē aggredi
Traditionē āt hoc in loco fideliū ſa
lutem appellari mihi videtur. Nā ⁊
cū dicit oīa mihi tradita ſunt a prē
meo. hac dicit traditione: ſicut cum
inquit. Tui erant: ⁊ mihi eos dediſti
Et iterum. Nemo poteſt venire ad
me niſi pater traxerit eum. ⁊ niſi da
tum ſit ei deſuper. Aut hoc inq̄t aut
ꝙ nihilo minor ex hoc eſſʒ futurus:
qui a deo venit ⁊ ad deum vadit: et
omnia comprehendit. Cum vero
traditioneʒ audis: nihil humanum
ſuſpiceris. honorē enim erga patreʒ
⁊ concordiam ſignat. Quēadmodū
enī pater ei tradidit: ita ⁊ ipſe patri.
⁊ hoc indicat Paulus inquiens. Cū
tradet regnum deo ⁊ patri. hoc aūt
hoc in loco humanius locutus eſt.
multam eorum curā ⁊ incredibilem
dilectionem pre ſe ferens: tanq̄ fami
liares eos erudiens bonorū matreʒ
humilitateʒ: quā ⁊ ꝑncipiū ⁊ fineʒ in
quit eē virtutis. Sʒ q̄d additur. A
deo venit ⁊ ad deū vadit? Hoc eſt
digna eo facit: qui inde profectus eſt
⁊ eo reuertitur. ⁊ ſic omnē peſſūdat
ſuperbiā. Et cū ſurrexiſſʒ a cena: po
ſitis veſtibus. Conſidera q̄no nō la
uando tm̄. ſed ⁊ aliter humilitatem
oſtendit. Non eniʒ priuſq̄ diſcūbe-
rent. ſed poſt omniū diſcubitum: ſur
git a cena. Inde non ſimpliciter la-
uat. ſed ponit veſtimenta: ac etiam
linteuʒ ſe precinxit. Neq̄ his contē

tus ipſe peluim impleuit. ipſe nemi-
ne iuſſo omnia fecit. Exemplo do-
cens non remiſſe ⁊ frigide bona ope
ra. ſed q̄ diligentiſſime: facienda. Mi
hi videtur primum eum proditoris
lauaſſe pedes. Cepit inquit lauare.
Et inde venit ad Simonem petrū
qui dicit ei. Tu mihi lauas pedes?
Vis inquit manibus quibus ocu-
los aperuiſti: leproſos mūdaſti: mor
tuos ſuſcitaſti. Habʒ enim hec par
ticula magnam ſignificationē. Qua
re non oportuit aliud dicere q̄ tu:
q̄d per ſe verbū ſufficiens fuit: quo
omnia demonſtrarentur. Jure autē
quiſpiam quereret q̄no nullus alioruʒ
lauari recuſauit preter Petrum. q̄d
non parui amoris fuit ⁊ reuerentie
argumentum. Queñaʒ eſt cauſa? Ar
bitror ante omnes ꝓditoris pedes
lauaſſe: inde veniſſe ad petrum a q̄ ⁊
ceteri admoniti ſunt: quid eſſʒ faciē
dum. Qꝫ enim alium quempiam an̄
lauerit conſtat cum dicit. Venit ad
Petr. Sʒ nō eſt vehemens in accu
ſando euangeliſta. Id eniʒ verbū ce
pit: aliū an̄ lauaſſe ſignificat. Qꝫ etſi
Petrus primus erat. credibile tn̄ ē
proditoreʒ impudenter ante apoſto
lorum ꝑncipē diſcubuiſſe. Nam ⁊ ali
unde impudentia eius oſtēditur cū
intingeret cū magiſtro: ⁊ cū reprehē
ſus minime cōpunct⁹ eſt. Petrus au
teʒ ſemel antea increpit⁹: ⁊ nūc his
dictis ita cohibitus eſt vt titubaret
⁊ tremeret: vt non deinde auderet
ipſe chriſtum interrogare. ſed alium
ſubmittere. Judam autē frequenter
reprehenſum: nihil pudebat. Cuʒ er
go veniſſʒ ad petrū. Dicit ei Petrus
Domine tu mihi lauas pedes? Reſ
pondit Jeſus. Quod ego facio: tu
neſcis modo. ſcies autem poſtea.
Hoc eſt. Quod hinc ſequatur emo
lumentum: quod doctrine exemplū:

exemplum: ⁊ quõ expediat in omnē
nos adduci humilitatē. Petrus aũt
adhuc rēnuit. Non lauabis mihi pe
des in eternum. Quid facis Petre?
oblitus es que antea dixeras? Non
dixiſti. Abſit a te ⁊ audiſti. vade poſt
me ſathane. ⁊ adhuc nõ admoneris
ſed nimius es in refutãdo? Quidni
inquit? Res magna eſt ⁊ admiranda
Nam ob nimiam dilectionem ita lo
cutus eſt. cui etiam chriſtus vicem
reddit. Ut enim tunc valde cum in
crepitans inquit. Scandalum mihi
es. ita ⁊ nunc. Si non lauero te: nõ
habebis partem mecum. Quid tum
Petrus feruore quodam incenſus?
Domine inquit: nõ tm̃ pedes meos
ſed ⁊ manus ⁊ caput. In recuſando
vehemens Petrus: ⁊ in pmittendo
vehementior. vtrunqꝫ ex amore. Sꝫ
cur non dixit Jeſus quamobrem id
faceret. ſed minatus eſt? Quoniam
non acquieuiſſet. Nam ſi dixiſſꝫ. Si
ne te lauem: vt vos humilitatis ad-
moneam: profecto ſine illo exemplo
ſe admonitum aſſeruiſſet. ſed nũc re-
pulſe minis perterritus cõtinuo pa
ret. Ipſe enim erat qui frequenter q̃
iret interrogabat: qui animam pro
eo ſe poſiturum dicebat. Si eni cuꝫ
audiret. Neſcis qđ ego facio. ſcies
auteꝫ poſtea. non tamen parebat lõ
ge minus ſi intellexiſſꝫ. Ideo inquit.
Scies poſtea: haud inſcius ita etiaꝫ
oppugnaturum. Neqꝫ Petrus cau
ſam rogauit. ſed vehementius accen
ſus. ne paſſus eſt quidem doceri ſed
rēnuit. Tu mihi lauas pedes? Poſt
minas autem ſtatim mollit⁹ ē. Quid
autem ſignificat ſcies poſtea? Quan
do? Cum in nomine meo demonia
eijcies: cum in celuꝫ me aſſumi ſuſpi
cies: cum a ſpiritu intelliges me ad
patris dexteram ſedere. tunc cogno
ſces cur hoc faciam. Chriſtus auteꝫ
(cum dixiſſet Petrus. Non tantuꝫ
pedes ſed ⁊ manus et caput) qui lo
tus eſt inquit: non indiget niſi vt
pedes lauet. ſed eſt totus mund⁹. Iã
vos mundi eſtis propter verba que
locut⁹ ſũ vobis. At ſi mundi ſunt q̃
gratia lauas pedes? Ut modeſtiam
doceam: ꝓpterea vilius membrum
elegit. lotus autem hoc eſt mũdus.
Nunquid ergo mundi non erant?
Nondũ a peccatis erant liberi: ne-
qꝫ ſpiritu ſancto digni habiti fuerãt:
peccato ⁊ maledicto adhuc regnan
te: ⁊ chyrographo non abolito. neqꝫ
oblata victima. Quõ ergo mũdos di
cit? Ne ꝓpterea arbitrareris id mũ
dos dixiſſe: ꝙ nullis eſſent peccatis
obnoxij addidit. Iã vos mũdi eſtis
ꝓpter verba que locutus ſuꝫ vobis
Hoc eſt hac tm̃ ratione eſtis mũdi.
Iam errore liberati eſtis iudeorum
Nã ⁊ propheta inquit. Lauamini ⁊
mundi eſtote: abijcite maliciam ab
animis veſtris. itaqꝫ talis lotus et
mundatus eſt: cũ omnem anime ma
liciam abiecerit: ⁊ ſincera mente deo
adheſerit Ideo ſecundum ꝓpheticũ
ſermonem inquit. qui lotus eſt. iam
mundus eſt. Neqꝫ eniꝫ iudaicam aq̃
lotionem. ſed opificij purgationeꝫ in
telligit. Fiamus ergo et nos mundi.
Diſcamus benefacere. Et quõ poſſu
mus? Iudicate pupillo: iuſtificate
viduam: et venite diſputemus. Fre-
quenter in ſacris ſcripturis mentio
fit viduarum ⁊ orphanorum. ſed no
bis nulla eorum ratio. Ueruntamē
audi q̃ntum illic mercedis. Si fue-
runt peccata veſtra vt coccinum: q̃ſi
nix dealbabuntur. ⁊ ſi fuerint rubra
quaſi vermiculus: velut lana alba
erunt. Neqꝫ enim habet defenſorem
vidua. ideo multa de eo ratio habet:
q̃ cũ ſcđis nuptijs coniungi ſibi lice
ret: dei timore in viduitate multa ꝑ-
petitur. eis igitur man⁹ porrigam⁹:
omnes ⁊ viri ⁊ mulieres: ne quãdo

viduitatis moleſtias ſubeamus: et
ſi ſubierimus: benignitatum in nos
materiã: benignitate noſtra compa
remus. non parua vis lachrymarũ
vidue eſt. ſed ipſum poſſunt celũ ape
rire. Nolimus eis inſultare: ne auge
amus calamitatem. ſed pro viribus
opitulemur. Ita nos et in hoc ꝛ fu
turo ſeculo muniemus. neq; enim in
hac duntaxat vita. ſed in illa quoq;
nobis aderunt. ꝛ ob noſtra in ſe offi
cia: maximam peccatorũ noſtrorũ
partem precident atq; delebunt
ꝛ fidenter facient nos ante iudicis
tribunal comparere: quo vtinã om
nes pertingere poſſimus. grati. ꝛ be
nignitate domini noſtri Ieſu chriſti
cui gloria in ſecula Amen.

## Home. lxx.

ex capitulo xiij.

POſtq; ergo lauit pedes eorũ:
accepit veſtimenta ſua: ꝛ cũ
recubuiſſ; iterum dixit eis.
Scitis qd fecerim vobis? Grauiſſi
mum eſt dilectiſſimi grauiſſimũ inq;
in profundũ viciorum decidere. fere
enim anima incorrigibilis redditur
ideo omnia facienda ſunt: ne a preci
pitio capiamur. Facilius ei eſt ñ ca
dere: q; poſt caſũ reſurgere. Contẽ
plare igitur poſtq; dilapſus eſt Iu
das: q̃ntum habuit auxilium ꝛ nun
q; reſurrexit. Dixit ad eum Ieſus.
Unus veſtrum diabolus eſt. Dixit:
non omnes credũt. Dixit non de om
nibus dico. ꝛ ſcio quos elegi: ꝛ nihil
horum ſenſit. Poſtq; ergo lauit pe
des eorum: accepit veſtimenta ſua. ꝛ
cum recubuiſſ; dixit eis. Scitis qd
fecerim vobis? Non ſimpliˀ Petrũ.
ſed omnes alloquitur. Uos vocatis
me magiſter ꝛ domine ꝛ bene dicitis
Sum etenim. Uos vocatis me. eo
rum iudicium proponit. inde ne ad
eorum gratiam locutũ putares ad
didit ſum etenim cum eorum ſermo
nem proponat: etiam verum oſten
dit. Nam qd illi dicebant ipſius con
firmatione non ſuſpectum redditur.
Sum enim inquit. Uides q̃ñ diſci
pulos alloquendo: de ſe apertius lo
quitur? quemadmodum ergo dicit.
Nolite vocare magiſtrũ ſup terrã:
vnus enim preceptor veſter eſt: ita ĩ
quit. Nolite vocare patrem ſup ter
ram. vnũ autem non de patre ſolũ
ſed de ſeipſo dicit. Aliter enĩ q̃ñ di
xiſſ; vt filij lucis ſitis. ꝛ iterum. Unũ
enim. et vnus eſt veſter preceptor
chriſtus. Si ergo ego laui pedes ve
ſtros dominus ꝛ magiſter: ꝛ vos de
betis alter alterius lauare pedes. ex
emplum enim dedi vobis: vt quẽad
modum ego feci vobis: ita ꝛ vos fa
ciatis. Atqui non eſt idem. ipſe enĩ
erat dominus ꝛ magiſter: vos inui
cem conſerui. Quid ergo ſignat hec
particula? ita. Scd̃m poſſibilitatem
Propterea enim a maioribˀ rebˀ ac
cipit exempla: vt ſaltem minus faci
amus. Etenim magiſtri pueris litte
ras q; pulcerrimas ſcribunt. vt vel
in deterius imitentur. Ubi nunc q̃
conſeruos deſpiciunt? vbi qui hono
res expetunt? Proditoris pedes do
minus lauit: ſacrilegi: furis: ꝛ ipſo ꝑ
ditionis tempore: cum nulla eſſ; ſpe
randa emendatio: menſam cõmunẽ
poſuit. ꝛ tu elatis ſupercilijs intume
ſcis? Pedes inuicem lauemus inq̃t.
nunquid ꝛ ſeruorum? Et quid mirũ
ſi ſeruorum? Siquidẽ inter nos ſer
uus ꝛ liber. verbotenus differunt. il
lic re ipſa. Ipſe enim natura dominˀ
erat. nos ſerui. neq; id recuſauit. no
bis autẽ ſatis videtur ſi liberis vt
ſeruis: ꝛ emptis mancipijs non vti
mur. Et quid dicemus cum tãta pa
tientie exempla propoſita nobis ſũt
que minime imitamur. ſed contra et

e regione elati ne debitū quidez red
dimus? Debitores enim nos consti
tuit deus: cum incepit. nos longe in
feriores exemplum ſequi debemus.
Ipſe enim dominus erat. Nos hoc
ꝯſuis faciem⁹ ſi qd fecerim⁹. qđ ⁊ ipe
ſignificauit dicēs. Si ego magr̄ ⁊ do
minus: ita ⁊ vos. Conſequens eniz
erat dicere: quanto magis vos ſerui
Sed reliquit hoc auditoruz reputa
tioni. ⁊ quãobrez? Debebant eni alij
alijs: magis honorari. Ne igitur ſe i
uicem iactarent ⁊ dicerent quis eſſz
maior: neue inter ſe indignarentur:
omnem tollit elationem: vt etſi lõge
ſis maior: apud fratrez minime in ſu
perbiam efferaris. Et non dixit qđ
mai⁹ erat. Si ego proditoris pedes
laui. Quid mirum ſi vos alter alteri
us? Sed rem fecit: inde eam diſcipu
lis iudicandam reliquit. Ideo dice
bat. Qui faciet ⁊ docebit. hic magn⁹
vocabitur. Hec enim vera doctrina
eſt qđ doces id re efficere. Quēnam
faſtum hoc non tolleret? quaz teme
ritatem? quam non deprimeret elati
onem? Qui ſedet ſuper cherubin ꝓ
ditoris pedes lauit. Tu homo terra
⁊ puluis efferris ⁊ intumeſcis. Et q̃
hoc dignum ſupplicio? Qz ſi verã ela
tionem concupiſcis: hic ego te viaz
docebo. non enim noſti. Qui preſen
tibus rebus ⁊ magnis inhiat: is vi
lis eſt ⁊ abiecti animi. itaqz nūq̃ hu
militas eſt ſine magnitudine animi.
neqz ſuperbia ſine puſillanimitate.
Quemadmodum neqz pueri vilium
rerum ſpectacula admirantur: et ob
ſtupeſcunt. pilis: trocis: ⁊ talis in
hiant. magnas autem res ne cogni
tione quidem capere poſſunt. ita et
hic. Sapiens non reputat preſentia
ergo neqz ea optabit ab alio accipe
re. Qui ſapiens non eſt: contra affici
etur ad arathneas ⁊ vmbras ⁊ ſom
nia: ⁊ his viliora conuertetur. Amē

amen dico vobis. Non eſt ſeru⁹ ma
ior domino ſuo: neqz apoſtolus ma
ior eſt eo qui miſit illum. Si hec ſci
tis. beati eritis ſi feceritis ea. Non
de omnibus vobis dico. Ego ſcio
quos elegerim. ſed vt impleatur ſcri
ptura. Qui manducat panez meum
leuabit calcaneum ſuum contra me.
Quod ⁊ ſuperius: idem ⁊ in hoc lo
co arguendo dicit. Naz ſi ſeruus nõ
eſt maior domino: neqz apoſtol⁹ eo
qui ipſum miſit. et ego hoc feci. mul
to magis idem a vobis faciendum ē
Inde ne quis diceret. quid tan
dem hec dicis? non te intelligimus.
Idem addidit. non ꝙ ignoraret. ſed
vt re oſtenderet: quid dicat. Scire
enim omnium eſt. facere autem non
omnium. Propterea inquit. Beati
eritis ſi feceritis ea. Ideo frequent
hoc dico. et quidem ſciētibus vobis
vt ad opera vos alliciam. Nam et
iudei ſciunt. ſed non ſunt beati: cum
ea non faciant. Nõ de omnibus vo
bis dico. O patientiam: nondum ꝓ
ditorem arguit. ſed tegit ſcelus īdul
gens ei locum penitentie: et reprehē
dit: ⁊ non reprehendit ita inquiens.
Qui manducat panem meum leua
bit calcaneum ſuum contra me. Vi
detur mihi illam particulam. non ē
ſeruus maior domino ſuo: ob hoc di
ctam eſſe. vt ſi quando a ſeruis vel
ab alijs quibuſdam vilibus ⁊ abie
ctis quicq̃ mali paterentur. non ꝑ
turbarentur ad iude exemplum re
ſpicientes: qui multis a Ieſu benefici
is affectus; male beneficium ſuum re
muneratꝰ eſt. Ideo inquit. Qui mã
ducat panem meum; et alia que ſe
quuntur. que ſatis poterant eum a
tanto ſcelere retrahere. Quaſi dice
ret. Qui apud me nutritus eſt: q̃ me
cum manducat. Hec autez dicit eru
diens nos: vt bonum pro malo red
damus; etiam ijs qui non ſunt corri

gibiles. Et dicendo. Non de omnibꝰ
dico: ne omnes formidarent ſeparat
eum ab alijs his verbis. Qui man
ducat panem meum oſtendens illuz
miſerum non excuſari ignorantia. ſz
rem omnem cognoſcere. quod maxi
me eum cohibere debuerat. Et non
dixit tradet me. ſed leuabit calcaneū
ſuum contra me: vt dolum et fallaci
am deceptoris oſtendat. Hec autez
ſcripta ſunt ne iniuriantibus nobis
ſuccenſeamus. ſed vt eos arguamꝰ ⁊
deploremus. lachrymis enim digni
ſunt. non qui afficiuntur ſed qui inſe
rūt iniuriam. Nam ſe ipſos maxime
ledunt cum rapiunt: cum calumniā
tur cum aliud ſimile machinantur.
nobis vero maxime proficiūt. ſi nō
vleiſcemur. Ut exempli gratia. Ra
puit ille abs te aliquid pro īiuria gra
tias egiſti ⁊ laudaſti deum. multuz il
la gratiarum actione lucratus es.
quemadmodum ille immenſum ſibi
ignem preparauit. Et ſi quis diceret
Quid enim ſi iniurias vlciſci nō po
tuimus? Illud reſpondebo. ꝙ potui
mus ſaltem egre ferre: ⁊ expoſtula
re: imprecari, ⁊ maledictis proſequi
iniuriantem: et apud omnes eum ac
cuſare. Hec eniz ī noſtra ſunt pote
ſtate: que ſi non feciſti: etiam non vl
ciſcendi mercedem accipies. Con
ſtat enim, ꝙ ſi poſſes non vlciſceris.
Nam qui in iniuria afficitur: quibus
poteſt armis vtitur. Puſillanimus:
imprecationibus: ⁊ maledictis: ⁊ in
ſidijs vlciſcitur. his tu non ſolum ab
ſtineas. ſed pro eo precare. hoc pa
cto deo ſimilis efficieris. Orate in
quit pro perſequentibus vos: vt ſi
miles efficiamini patri veſtro qui
eſt in celis. Uides q̄ magna lucre
mur ex perſecutiōibus? Nihil adeo
deum delectat q̄ non maluz pro ma
lo (imo pro malo bonum) reddere.

Ideo chriſtus ſui proditorem bene
ficijs affecit. pedes lauit, clam argu
it. parce perterruit: admonuit: mēſa
⁊ oſculo dignatus eſt. neqꝫ tamen il
le factus eſt melior. ſed in propoſito
perſtitit. Sed age ⁊ horum exem
plo qui plurimi in veteri habentur
teſtamento te erudiamus: vt intelli
gamus nullam nobis eſſe ſuccenſen
di materiam. Uultis Moiſen? an al
tius repetamus? Quanto enim ve
tuſtiora oſtendentur exempla: tan
to magis vos conuincemus. Quid
tandem? Quia tunc difficilior erat
virtus. Nondum eniz illi leges ſcri
ptas habuerant. non vite exempla:
ſed nuda per ſe erat natura. nullis
auxilijs nitebatur. Propterea cum
laudaret Noe: non ſimpliciter perfe
ctum appellauit. ſed addidit in gene
ratione ſua. hoc eſt in illis tempori
bus: quibus multa erant impedimē
ta. Nam poſt eum claruerunt alij.
non tamen ipſe inferior. in tempori
bus enim ſuis perfectus fuit. Quis
ergo ante Moiſen patiens? Beatus
et generoſus Ioſeph: qui continentia
clarus non minus claruit ⁊ patien
tia. Nihil iniuſte fecit. ſed ſeruiendo
colendo: omnia ſeruilia munia agen
do: fratrum odio minime offenſus
eſt: neqꝫ expoſtulauit cum patrem
haberet amantiſſimum ſui. ſed tulit
ad eos ſcibum in deſertum: neqꝫ non
inuentis maledixit: neqꝫ reuerſus ē
quod haud īmerito poterat ſi volu
iſſet. ſed ad crudeles illos et imma
nes properauit: vere fraternum ſer
uans affectuz. inde carceri intruſus.
rogatus cauſam: nemine accuſato.
tantum nihil ſe feciſſe: ⁊ ſe furtim ex
hebreorum terra abreptum dixit.
poſt hec in poteſtatem aſcitus: labo
rantibus fame fratribus ſubuenit:
eoſqꝫ multis liberauit calamitatibꝰ.

Nam ſi boni erimus: nulla proximi
malicia virtutem nobis auferre po
terit. At illi contra in eius pernicieꝫ
accinguntur. in ſomnium exprobrāt
et acceptis ab eo cibis. ⁊ vita ⁊ liber
tate ſpoliare eum machinantur. et
dum comederent circunſpectabant.
fratrem nudū in ciſternam demiſſuꝫ
Quid hac īmanitate crudelius. qui
bus homicidis non erant īmanio
res? Inde cum barbaris ⁊ feris ho
minibus. ⁊ ad barbaros euntibꝰ ven
ditum: innumeris mortibus tradide
runt. Ille aūt factus rex non modo
non vultꝰ eſt. ſed crimen in ſe patra
tum excuſauit: qđ dei diſpenſatione.
non fratrum malicia factum eſſꝫ. et
qđ in eos fecit. non ira. ſed fratris
gratia ſimulauit. ⁊ cum eos videret
ſupplices conqueri: ſtatiꝫ abiecta om
ni ſimulatione in fletum prorupit: ⁊
tanq̄ꝫ optime de ſe meritos comple
xus eſt: qui ab eis iam quantum in
ipis fuit interemptus: et omnes in
egyptum accerſiuit. Quam ergo ha
bemus excuſationem: poſt legem.
poſt gratiā: poſt tante ſapientie tra
ditionem. cum qui ante legeꝫ fuit mi
nime imitamur? Quis nos ſupplicio
liberabit? neqꝫ ei eſt quicq̄ꝫ iracūdia
grauius. Quod in decem milium ta
lentorum debitore ſignificatum eſt:
qui prius debito a domino donatus.
iterum ad ſoluendum coactus eſt.
donatus domini liberalitate. coactꝰ
ad ſoluendum propria malicia. cum
in conſeruū ira ferretur. Quibꝰ nos
intellectis nolimus proximos crimi
nari. imo beneficijs proſequamur:
vt diuinam in nos beneficentiam
experiamur. Gratia ⁊ benignitate
domini noſtri Jeſu chriſti ⁊c.

# Home. lxxi.

ex capitulo xiij.

Amen amen dico vobis qui
accipit: ſi quem miſero: me ac
cipit. qui autem me accipit:
accipit eum qui miſit me. Magna
dei remuneratio in ſeruos et culto
res ſuos et merces nobis inde com
paratur. Qui vos accipit inquit me
accipit: et qui accipit me: accipit eū
qui miſit me. Quid nūc chriſti ⁊ pa
tris acceptio: ad rem de qua agitur?
Quid ad illud. Beati eritis ſi feceri
tis ea: quod nunc dicit. Qui accipit
vos? Atqui optime cōſequitur. Cū
enim exituri eſſent in mundum et
multa paſſuri: dupliciter eos conſo
latur: et a ſe et ab ipis. Si ſapientis
inquit: et me in memoriam habebi
tis. et que paſſus ſum: et que feci a
nimo frequenter volueritis: omnes
equo animo moleſtias tolerabitis.
Et ſuperius inquit. Si hec ſcitis be
ati eritis. nunc aliter eos conſola
tur q̄ ſcilicet aliorum in ſe inuentu
ri ſint humanitatem. Omnes enim
domos eis aperuit. itaqꝫ et a ſapien
tia: et a ſubuenientium charitate:
eis duplicem affert conſolationem.
Inde cum eis vniuerſi orbis pera
grationeꝫ īperarit: intelligens vtro
q̄ꝫ proditorem priuari. neqꝫ vllum
aut patientie in laboribus: aut acci
pientium benignitatis fructum con
ſecuturum. iterum turbatus eſt. et
cauſam euangeliſta ſignificat inqui
ens. Et turbatus eſt ſpiritu: et pro
teſtatꝰ ē et dixit. Amen amen dico
vobis. quia vnus ex vobis me tra
det. Iterum omnibus timoreꝫ incu
tit. cum non nominatim reum oſten
deret. Atqui nullius ſibi criminis
conſcij: q̄ꝫ conſcientie ſue chriſti ſen
tentiam veriorem duxerunt. Ideo
aſpiciebant inuicem diſcipuli. Et
enim ad vnuꝫ proditio referebatur
hoc formidinem minuebat. Et autē
addiderat. vnus ex vobis: ſimul om

nes perturbarat. quid igitur? Alter
alterum intuebatur. Petrus autem
ſemper amore eſtuans Johanni in-
nuit. Cum enim paulo ante increpi
pitus eſſ; ꝙ volentem lauare prohi
beret. ſemper enim deſiderij ⁊ amo-
ris vehementia reprehendebatur.
Ideo veritus cum neqꝫ pati poſſet:
neqꝫ loqui auderet: per alium id ten
tat cognoſcere. Illud autem haud
immerito dubitandum: cur omnibꝰ
dubitantibus atqꝫ trementibus eti
am ipſo apoſtolorum principe. Jo-
hannes ſecurus acſi in delicijs eſſet
in gremio Jeſu recubuit: vel potius
ſupra pectus. Neqꝫ hoc tantum mi
randum. ſed et que ſequuntur. In-
quit eni quem diligebat Jeſus. Cur
nemo aliorum hoc de eo dixit? At-
qui: et alij amabantur. hic autem p̄
cipue. Et ſi alij hoc de eo non dixe-
runt. ſed ipſe tantum de ſeipſo: nihil
mirum. facit autem hoc et Paulus
cum tempus exigeret inquiens. No
ui hominez ante annos quattuorde
cim. et non paruas de ſe laudes inte
xuit. An parum tibi videtur audien
tem. Sequere me. eueſtigio dimiſſis
retibus et patre: ſecutum? Et cum
Petro aſſumptum in montem. ⁊ pre
terea domum ſolum ingreſſum. Ipſe
autem quot Petri laudes proſequi
tur? Neqꝫ ſubticet chriſtum dixiſſe.
Petre amas me plus his. et ſemp
eius feruorem in Jeſum: et charita
tem enarrat. Cum autē inquit. Hic
autem quid. ex magno locutus eſt
deſiderio. et cur nemo alius hoc di-
xit? Quia neqꝫ ipſe dixiſſet: niſi in
hunc incidiſſet locum. Nam ſi cum
dixerit Petrum innuiſſe Johanni
vt interrogaret nihil aliud addidiſ
ſet. dubitari ⁊ queri: cauſa potuiſſet.
Ideo hanc affert: ⁊ recubuit ſupra
pectus Jeſu. An parum hic didiciſſe

eum arbitraris. cum tanta fruere-
tur magiſtri benignitate? Et ſi de
hoc etiam cauſam queris: amoris di
cam. Quare inquit quem diligebat
Ego autem et alia ratione hoc di-
ctum arbitror: ne nimium ſibi tribue
re videretur. Cur enim alias non di
xit. ſed cum apoſtolorum princeps
innuit? Ne ergo arbitrareris tan-
quam maiori. Petrum innuiſſe: amo
ris cauſam affert. Cur autem recu
buit ſupra pectus? Nondum debitā
de eo conceperant opinionem. Pre
terea et merorem ita lenijt. Credibi
le enim eſt tunc meſtos fuiſſe. nam ſi
animo: multo magis facie erant per
turbati. Eos igitur verbis conſola
tus chriſtus permittit: vt Johan-
nes ſupra pectus recumbat. Et con
ſidera diſcipuli humilitatem. nomen
ſubticet. tantum quem diligebat in-
quit. Quemadmodum Paulus. no-
ui hominez ante quattuordecim an
nos Tunc primum proditorem indi
cat ieſus. neqꝫ tamen nominatim. ſed
illum eſſe cui intinctum panem por
rigeret. qui modus reprehenſiuus
fuit: ꝙ neqꝫ menſe communicatio-
nem revereretur. Et ſi nulla: hec pa-
nis porrectio. quem non mouiſſet?
Sed non iudam. cuius impudenti-
am videns diabolus in cor eius in-
trauit. Donec enim in aliorum nu
mero fuit: non eſt auſus in eum in-
gredi. ſed extra oppugnabat. poſtq̄
vero palam factus eſt licenter iam
irrupit. Neqꝫ inemendabilis: erat
amplius in aliorum numero toleran
dus. ideo iam eijcitur: quem mox di
abolus comprehendit. Erat autem
nox. Dicit ei ieſus. Quod facis fac
citius. hoc autez nemo ſciuit diſcum
bentium. O amentiam. Quomodo
nō mollitus eſt? Quomodo non pa-
uit? Sed impudentior factus exi

nit.illud autem verbum fac citius.
non imperantis eſt;:neqꝫ cōſulentis
ſed exprobrantis:⁊ reuocantis ad
emendationem. Sed cum eſſet ine-
mendabilis.dimiſit euz.et hoc nemo
intellexit diſcumbentium. Multum
hic dubitari poſſet.cum dixiſſet .cui
intinctuz panem porrexero.quomo
do neſcierunt .ſed tam ſubmiſſa vo
ce id Johanni dixit vt minime ab
alijs audiretur .Etenim propterea
Johannes ſupra pectus recumbēs
tantum non ad aurem interrogat
ne palam fieret proditor . Et Jeſus
ita reſpondit.ne adhuc nominatim
manifeſtuz faceret .apertius tamen
inquit ei.Quod facis fac citius . illi
non intellexerunt . Hoc autem di-
xit: vt vera eſſe oſtenderet que ad iu
deos de morte dixerat cum inquit.
Poteſtatem habeo ponendi animā
meam:et poteſtatem habeo ſumen
di eam:⁊ nemo tollet eaz a me.Quā
diu ergo voluit nemo contra valu
it.cum autem permiſit.tunc facile fu
it auferri.Que omnia ſignificans in
quit.Quod facis fac citius .neqꝫ eū
tunc palaz fecit proditorez.Fortaſ-
ſe enim eum diſcerpſiſſent apoſtoli.
fortaſſe Petrus tunc interemiſſet.
Ideo nemo recumbentium nouit
quis eſſet.Nunquid et Johannes?
neqꝫ ipſe.Neqꝫ eniz putauit diſcipu
lum in tantam prorupturum iniqui
tatem.Cum eniz longe a tali ſcelere
abeſſent:neqꝫ de alijs ſuſpicabantur
et cum frequenter dixiſſet . Non de
omnibus dico.et neminem nominaſ
ſet:etiam de alio dicere arbitraban
tur.Erat autem nox quando exiuit
Cur tempus notas? Ut hominis ī
telligas temeritatem . cum ne tem
poris quidem importunitate abdu
ceretur . Neqꝫ hoc illi animaduerte
runt.Timore enim perturbabantur

Quare veram verbi Jeſu cauſam
non deprehenderunt. Putabant in-
quit vt egenis aliquid daret:dixiſſe.
Multum Jeſu cure erant pauperes
et hoc ad noſtram doctrinam!.hic ei
loculos habebat ⁊ pecuniam. Atqꝫ
nemo pecuniam chriſto dediſſe nar
ratur.ſed ꝙ diſcipule victui neceſſa
ria prebebant. Quomodo enim qui
neqꝫ peram neqꝫ baculum ferri iubz
loculos ferebat.? Ad pauperum mi-
niſterium:vt intelligas quanta tibi
inopum ⁊ miſerorum:hac etiam par
te cura impendat.Multa enim Je-
ſus ad noſtram fecit eruditionem.
hoc dixiſſe ieſum opinabantur diſci
puli. Neqꝫ ad vltimum diem voluit
proditorem Jeſus palam facere.hu
ius exemplum nobis ſequendum eſt
neqꝫ proximorum vitia etiam incu
rabilia publicanda ſunt. Etenī poſt
modum ad ſe tradendum venienti
oſculum dedit:accepit cum tradere
tur ad tormēta:ad crucem :ad mor-
tem ignominioſam. vbi rurſus ſuam
pre ſe fert benignitatē.hic clarifica-
ri ſe dicit:erudiens nos: nihil adeo
turpe:adeo fedum eſſe : quod nō cla
riorem reddat: qui id pro dei facit
voluntate. Cum ergo exiſſet Ju-
das dixit Jeſus. Nunc clarificatus
eſt filius hominis:quo verbo laban
tes diſcipulorum mentes erigit et
confirmat:vt non modo non contri
ſtentur.ſed et gaudeant. Ideo Pe-
trum a principio increpuit. Nam ꝙ
morte quis mortem vincat : gloria
maxima eſt. Et hoc eſt quod de ſe-
ipſo dicebat. Cum exaltatus fuero:
tunc cognoſcetis quia ego ſum.Et
iterum. Soluite templum hoc . Et
iterum .Signum non dabitur vo-
bis niſi ſignuz Jone.Et quomō nō
magna eſt gloria poſt mortem :qui
ante mortem maior erat : ſuperare?

dit euāgeliſta cū dicit. faces habuiſſe
quas niſi habuiſſent ſaltem voce co
gnitus eſſꝫ. Qꝫ ſi illi Jeſū ignorabāt
non tū iudas ob cōtinuā cum eo cō
ſuetudinem. Aderat enim. neqꝫ ma
gis agnoſcebat. ſed cum alijs retror
ſum cecidit. Fecit autem hoc Jeſus:
demonſtrans non ſolū n̄ poſſe eos ſe
capere. ſed ne medium quidem vidē
niſi ſeipſum traderet. Iterum dicit.
Quem queritis? O dementiam: ver
bo eos proſtrauit: nec conuerſi ſunt
tantā virtutem intelligentes. Sed
iterum aggrediuntur. Cum autem
qđ ſuum erat impleſſet. iam ſe tradit
inquiens. Dixi vobis. quia ego ſum.
Stabat autē et iudas qui tradebat
eum. Animaduerte euangeliſte tole
rantiam. Non maledicit proditori.
ſed factum narrat. Vnum dūtaxat
curat demonſtrare ꝙ ſe capi permi
ſerit. Inde ne quis dicēt ꝙ ipſe chri
ſtus eos ad ſe capienduꝫ adduxerit
et ſe manifeſtans: in manus eorum
dederit. cum oſtenderit primum qui
bus facile moueri debebant. et tū in
propoſito perſtitiſſent: et minime iā
poſſent excuſari tunc ſe tradidit in
quiens. Si ergo me queritis: ſinite
hos abire. ad vltimam vſqꝫ horaꝫ ſu
am in eos benignitatem pre ſe ferēs
Si me vultis inquit dimittite hos.
Ecce meipſum trado. Vt impleret
ſermo: quem dixit. Quia quos dedi
ſti mihi non perdidi ex eis quenqꝫ.
Perditionem autem dicit. non mor
tis. ſed illam eternam. Euangeliſta
autem et in preſenti hoc accepit. Ad
mirari autem quis poſſet: cur nō cō
prehenderunt etiam cum ieſu: ⁊ ver
berarunt diſcipulos. et Petrum ma
xime: qui eos ſerui aurem abſcinden
do irritarat. Quid ergo eos cōtinu
it? Nemo alius ꝙ que eos retrorſuꝫ
proiecerat potentia. qđ euangeliſta
non eorum mentis. ſed ſuperne vir
tutis eos coercens fuiſſe ſignificat:
inquiens. Vt ſermo impleretur quē
dixit. Non perdidi ex eis quenquā
Petrus ergo hac voce ⁊ ijs que iaꝫ
facta viderat fretus: contra irruen
tes armatur. Et quomodo inquies
qui iuſſus eſt neqꝫ peram habere ne
qꝫ duas tunicas: gladium habet? Vt
puto hoc metuens iam ſe premunie
rat. Qꝫ ſi dixeris quomodo cui preci
cipit ne alapam inferat: homicidam
agit: et maxime cum non vlciſci pre
cipiatur? Verum non ſe. ſed magiſtꝛ
vlctus eſt. Preterea nondum perfe
cte et conſummate virtutis erant.
Qꝫ ſi vis Petri ſapientiam intellige
re: videbis poſtmodum ceſum: et eq̄
animo omnia perferentem: ⁊ nullis
malis: nullis calamitatibus pertur
batum. Jeſus autem etiam hoc in
loco miraculum facit ſimul erudiēs
nos: ꝙ ī perſecutores noſtros bene
ficos nos eſſe oportet. Et cum ſuam

obtegeret poteſtatem:ſeruo illi aurē
reſtituit. Petro autem dixit. Qꝛ qui
gladium accipiunt :in gladio peri-
bunt.et ei vt in lauando minatus ē
vt eius conatum retunderet. Et ſer
ui nomen meminit euangeliſta .quo
niam magna res erat.non tantū ꝙ
eum curauerit.ſed cum paulo poſt eſ
ſet ab eo alapam accepturus. Hinc
ad perſecutiones tolerandas voluit
diſcipulos erudire . Atqꝫ etiam pro-
pterea nomen poſuit euangeliſta:vt
legentes tunc poſſent diligentius ī-
quirere:an ita ſe res habuiſſet. Nec
ſimpliciter dextraꝫ auriculam dicit.
ſed mihi videtur apoſtoli impetum
velle oſtendere:ꝙ fere in ipſum ca-
put irruit. Jeſus autem non minis
tantum Petrum cohibet .ſed et ali-
os ſedat inquiens. Calicem quē de
dit mihi pater:non vis vt bibam il
lum. Oſtendens non illorum poten
tie id adſcribendum .ſed permiſſioni
ſue.ac etiam ꝙ non eſſꝫ deo contra-
rius.ſed obediret patri vſqꝫ ad mor
tem. Tunc comprehenderunt ieſum
et ligauerunt :et adduxerunt eum
ad Annam primum. Quare ad An
nam? Ut rem oſtentarent :et tāquā
triumphum ducerent. Erat autem
Annas ſocer Caiphe qui erat pon
tifex anni illius . Erat autem Cai-
phas qui conſilium dederat iudeis.
Qꝛ expedit vnum hominem mori ꝓ
populo. Cur iterum huius nos pro
phetie admonet ? Ut pro ſalute hoc
factum demonſtraret.et tantam eſſe
veritatis excellentiam : vt et inimi
ci eā predixerint . Ne ergo vinculo
rum mentione auditor perturbare-
tur:id meminit . quoniam ſalus or-
bis terrarum:eius mors eſſet . Se-
quebatur autem Petrus et alius di
ſcipulus. Quis alius? Ipſe qui hec
ſcripſit. Et cur ſe non nominat. Cū
enim ſupra pectus ieſu recumberet:
merito ſe ſilentio preterijt . Sed q̄
gratia in hoc loco? Eadem ipſa. Nā
et hic quoqꝫ ſe laudat : ꝙ alijs diffu
gientibus.ipſe ſequeretur. ideo et ſu
um nomen ſilet:et Petrum ſibi; pre
ponit:et ſui meminiſſe non coactus
eſt.vt intelligas eum ceteris diligen
tius que ī aula principis facta ſunt
enarrare:vtpote qui aderat. Et ani
maduertere quomodo proprie laudi
demit. Ne quis enim diceret quomo
do omnibus aufugientibus ipſe in-
greſſus eſt? Cauſā affert : ꝙ eſſet no
tus pontifici.ne quis ſe ſecutum ad-
miraretur:neue id ei fortitudini aſ
ſcriberet. Illud mirandum:ꝙ Petrꝰ
tā timidus vſqꝫ ad aulā ſolus vene
rit. Qꝛ enim eo vſqꝫ venerit amoris:
ꝙ non ingrederetur timoris erat in
dicium. Ideo hec ſcripſit euāgeliſta:
preoccupās negationis excuſatio-
nem. Neqꝫ enim tanq̄ rem magnā
ait ſe notum pontifici.ſed cum ſoluꝫ
ſe cum Jeſu veniſſe dixiſſet. ne puta
res animi magnitudine factum cau
ſam affert. Qꝛ autem et Petrus ⁊ il
lius fauore ingreſſus eſſet:ex ſequen
tibus oſtendit. Cū enim exijt ⁊ cum
hoſtiaria egit vt introduceretur:ſta
tim intrauit Petrus . Cur aūt ipſe
non introduxit? Chriſtuꝫ ſpectabat
⁊ ſequebatur . ideo iuſſit mulieri:vt
euꝫ introduceret. Quid mulier? Nū
quid ⁊ tu ex diſcipulis es hominis
huius? Dicit ille. Non ſum. Quid di
cis Petre? Nonne duduꝫ dixeras ſi
oportuiſſet animā pro eo ponere te
poſiturū? Quid ergo? ne hoſtiariam
quidem rogātē perferre potes . Nū
miles:nū aliquis eoꝝ q̄ ieſū ceperāt
te rogabat? Uilis erat hoſtiaria et
abiecta. Neqꝫ aſpere percōtata. Nō
dixit.deceptoris:et perditi illius di-
ſcipulus es.ſed hominis huius:tāqꝫ
eius miſerētur. Sed nihil horuꝫ ptu
lit. Dixit aūt. Nunquid et tu ? quia

Johēs aderat: adeo benigne locuta
eſt mulier. Sed nihil horum intelli
gebat Petrus. Neqꝫ rem aduertit:
ꝙ primo ꝙ ſcd̄o: ꝙ tertio negaret:
niſi cum gallus cantauit. Neqꝫ hoc
aduertiſſꝫ: niſi ſe chriſtus conſpexiſ
ſet. Et ipſe q̄dē calefaciebat ſe cum
ſeruis principis. Jeſus intus ligatꝰ
tenebatur. Hec autem dicimus nō
in Petri excuſationem. ſed ad oſten
dendum chriſtū vera predixiſſe. Pri
ceps autem interrogauit Jeſum de
diſcipulis ſuis: et de doctrina. O ma
liciā. Cum frequenter in templo lo-
quentem: et palā docentem audiſſet
hoc percontatur. Cum nulluꝫ habe
rent crimen quod obijcerent de di-
ſcipulis rogabat. fortaſſe vbi eſſent:
et qua gratia eos elegiſſet: et quid
vellet ⁊ in quibus ijs vti. hoc dice-
bat quaſi ſeditionis: et nouitatis: cū
arguens: et ꝙ nemo alius ipſi crede
ret preter illos. et tanq̄ꝫ quoddam
eſſet malicie inſtructum. Quod argu
ens chriſtus inquit. Ego palaꝫ locu
tus ſū mundo. nihil priuati diſcipu-
lis. Ego ſemper docui in templo.
Quid ergo? Nihil ne ſecreto diſcipu
lis dixit? Dixit ſane. ſed non quod il-
li arbitrabātur: ꝙ timeret ⁊ ſeditio-
nes strueret. ſed cum aliquādo altio
ra q̄ꝫ que multitudo capere poſſꝫ: lo
quebatur. Quid me interrogas? in-
terroga qui audierunt. Non arrogā
ter reſpondet: ſed fretus veritate:
quod in principio dicebat. Si ego te
ſtimonium perhibeo de meipſo. teſti
monium meum eſt verum. Idem et
hoc in loco: ex abundātia ſuuꝫ vult
teſtimonium confirmare. Nā cum d̄
diſcipulis princeps percontaretur:
ait. Me de meis rogas? Roga inimi
cos: inſidiatores qui me ligarunt te
ſtificentur. Id enim veritatis maxi-
mum eſt argumentum. cum quis ini
micos in teſtimonium adducit. Pri-
ceps autem cum ita querendum eſſꝫ
non queſiuit. ſed vnus ex aſtantibꝰ
miniſtris dedit ei alapaꝫ. Quid hoc
impudentius? Exhorreſcat celum.
contremiſcat terra: de chriſti patien
tia: et ſeruorū impudentia. Et quid-
nam dixerat? Neqꝫ vt ſe excuſando
ait. quid me interrogas? ſed vt om-
nem impudentie materiam tolleret.
et cum percuſſus eſſet: et omnia ſter
nere et delere in ſua haberet pote
ſtate: loquitur: que omnem feritateꝫ
placare facile potuiſſent. Si male lo
cutus ſum inquit teſtimoniū perhi
be de malo. hoc eſt. Si me verbo re
phendere potes oſtēde: ſin minꝰ cur
me cedis? Vides iudiciū tumultus ⁊
perturbationis ⁊ confuſionis plenū
Rogauit princeps ſubdole ⁊ doloſe.
reſpondit Jeſus vt oportuit. Quid
dicendum erat? vel confutare vel ac
quieſcere? ſed neutrum facit. Verum
ſeruus cum cedit. hoc non iudicium
eſt. ſed violentia. Inde neqꝫ ſic quic
q̄ꝫ habentes quod accuſarent: mit-
tunt eum ligatum ad Caiphā. Erat
autem Petrus ſtans et calefaciens
ſe Pape: quo ſopore calor ille vehe
mens Petri contabuerat capto Je
ſu? Neqꝫ poſt tot monetur. ſed ad-
huc ſe calefacit. vt intelligas q̄ꝫ im
becilla ſit humana natura: cum nos
deus deſerit. Et rogatus iterum ne-
gat. Tum cognatus ſerui illius cu
ius Petrus auriculam abſciderat:
ea re motus ait. Nonne ego te vi
di in horto? Neqꝫ hortus neqꝫ im-
menſus amor quem Jeſus illic oſtē
derat verborum eius Petrum ad-
monuit. ſed omnia formidine excide
runt. Sed cur euangeliſte omnes
in hoc concordarunt? Non vt di
ſcipulum accuſarent. ſed erudirent

quantum mali ſit non

oīa deo ꝯmittere: ſꝫ ſibiipſi ꝯfidere.
Tu āt admirare mgr̄i curā ⁊ diligē
tiā: ꝙ ⁊ captus ⁊ ligatus diſcipulo
conſulit: intuitu ſuo iacētē excitās:
⁊ ad lachrimas mouens. Ducūt er-
go Jeſū A Caipha ad Pilatū. Fa-
ctū āt hoc ē: vt iudicū multitudo
vel inuitis: veritatem extorqueret.
Erat āt mane anteq̄ꝫ gallus cātarꝫ
Ad Caiphā ducit̄. inde ad Pilatuꝫ
Quib⁹ verbis oñdit euangeliſta a
media nocte ad mane: a Caipha in
terrogatus nihil rn̄diſſe. Jdo miſit
eū ad Pilatū. ſꝫ illa alijs dimittens:
ipe que ſecuta ſūt enarrat. Tu āt iu
deoꝝ ſtulticiā conſidera: q̄ innocē-
tē armati ꝯphenderūt. nō tn̄ ingre-
diūtur ptoriū: ne contaminarētur ⁊
quenā queſo ꝯtaminatio ingredi p̄
toriū vbi iniuſti penas dāt? decimā-
tes mentā ⁊ anethū. at cū iniuſte ī
terficiūt contaminari ſe non exiſti-
māt. ſꝫ cū ad pretoriū veniūt. Sed
cur ipſi nō interemerūt? multū de e-
oꝝ imperio iā ademptū erat a rho-
manis. Preterea timebāt ne a Pila
to accuſati: penas poſtmodū darēt.
ſꝫ quid ſignificat. vt mādncarēt paſ
cha? Atq: Jeſ⁹ iā id fecerat vna die
azimoꝝ. Siue ergo totū paſcha ap
pellat ſolēnitatē ſiue qd̄ tūc facie-
bāt Chriſt⁹ āt ṗdie cedē ſuā ī paraſ
ceue reſuans: qn̄ āntiq̄tus celebratū
erat: ipi āt armati qd̄ nō licebat fū-
dētes ſanguinē: locū cauent. Pila-
tū aduocāt. q̄ egreſſ⁹ ait Quā accu-
ſatōēꝫ affertis aduerſus hoīeꝫ hūc?
Vides mutatōēꝫ ṗncipatus coꝝ ⁊
inuidie? Cū ei ⁊ ligatū ⁊ tāta cater-
ua ad ſe adductū videret: nō tn̄ ma-
nifeſte putauit accuſatiōis iudiciū
ſꝫ interrogat: abſurdū ratus: iudici-
uꝫ eos p̄ſumere: ſupplicium ſibi ꝑmitti
Jlli āt. Si n̄ eēt hic malefactor: nō
tibi tradidiſſem⁹ eū. O dementiam.
Quid nō adducitis ī mediū qd̄ fece-
rit: ſꝫ obtegitis? Quid nō arguitis e
uꝫ? Ecce ꝙ vbiq̄ꝫ iuſtā ṗdicātes ac-
cuſatōēꝫ nihil tandē affert. Annas
de doctrina ꝑcontatus ē: quo audi
to miſit ad Caiphā: ⁊ ipe deinde ad
pilatū. Pilatus ait. quā accuſatōēꝫ
affertis contra hūc? Neq̄ꝫ habent
q̄d reſpondeant. ſꝫ cōiectura quadā
vtunt̄. Tū pilatus: accipite eū vos
⁊ ſcd̄m legeꝫ vr̄am iudicate euꝫ. Di
xerūt iudei. Nobis nō licet interfi
cere quenq̄ꝫ. hoc dixerunt. vt ſmo
Jeſu impleret̄ quē dixit. ſignificans
qua morte eſſet moriturus. Et quō
hoc ſignificabāt? Non licet nobis
interficere quenq̄ꝫ. Aut dicit euāge
liſta. quoniā non ꝓ iudeis tantū. ſꝫ
⁊ ꝓ gētibus erat moriturus. vel ꝙ
crucifigere eis non licebat. Q̄ ſi di-
cunt nō licere interimere: eo tempe
intelligendū ē. nā ꝙ interemerunt
⁊ alia morte: argumēto ē Stepha-
nus lapidatus. ſꝫ crucifigere eū deſi
derabāt: vt mortis genus iactarēt
Pilatus āt ad euitandā moleſtiaꝫ:
breuibus Jeſū interrogat. Tu es
rex iudeoꝝ? Reſpondit Jeſus. A te
metipo hoc dicis: an alij dixerunt
tibi de me? Cur hoc īterrogat xp̄s?
vt prauū iudeoꝝ aīm detegeret Au
dierat ei hoc a multis Pilatus Nā
cū illi nihil accuſare poſſent: ne lō-
ga fieret diſcuſſio: ꝙ ſemper ī ṗmis
accuſabat̄: id nūc Pilatus ꝑcontat̄
Nā cum dixiſſet iudeis ſcd̄m legem
vr̄am iudicate eū. vt oſtenderent n̄
eſſe in iudeos tantū peccatū: nō li-
cere ſibi debent. Nō ei legi nr̄e. ſed
cōmuni crimini obnoxius ē. Quod
intelligēs Pilatus vt exprimeret̄ ro-
gat. Tu es rex iudeoꝝ? Non ergo
ꝙ neſciret xp̄s interrogat. ſꝫ vt ipe
Pilatus iudeos accuſaret: alij dixe
rūt tibi? Qd̄ Pilatus indicans ait.
Nunqd̄ ego iudeus ſuꝫ? Gens tua
⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi

Quid feciſti? Hic ſe excuſare voluit inde cū dixiſſet. tu es rex. Arguēs euz Jeſus.hoc inquit audiſti a iude is. Qua grā non diligent̄ rem ipam inqris? Dixerūt me maloꝝ aucto- rez.ꝑcontare qd mali fecerim. Sed hoc n̄ facis.ſimpliciter cauſas ſtru is. A te ipſo hoc dicis an aliunde? Quo audito Pilat⁹:qd̓ ſtatim rn̄de at ignarus. Tradider̄t te mihi inqt oportet vt te quid feceris interro- gē. Tum Jeſus Regnuz meū nō eſt de hoc mūdo. Erigit Pilatū:vt nō multuz ad coꝝ ꝯparatōem malum: ⁊ vult oñdere ſe nō puꝝ hoīem:ſed deuz ⁊ dei filium eſſe.inqens. Si ex hoc mūdo eſſꝫ regnū meuz: miniſtri mei vtiqꝫ decertarēt:vt n̄ traderer iudeis:qd̓ Pilatus intuebat̄ .tollit tyrānidis videlicet ſuſpiciōem. An nō eſt mūdi h⁹ xpī regnū? Quidni? Quō inqt nō eſſe? Nō ꝙ hoc etiaz non poſſideat.ꝫ ꝙ in celo habeat i- periū:nō hūanuz ꝫ longe mai⁹ atqꝫ ꝑſtantius. Er ſi ita eſt. Quō capt⁹ ē ſpōte ſe tradēs?qd̓ nō tacet.ꝫ ſi ex hoc mūdo eſſē inqt miniſtri mei de- certarent vt nō traderer. Oſtēdit in hoc loco regni noſtri ībecillitatē qd̓ in ſuis habeat ptātem.ſupnum āt regnū ſibiipſi ſufficiēs ē:⁊ nulli⁹ indiget. Hinc heretici cauſā inueni unt:alienū euz ab opifice eſſe Quid ergo cū d̓r. Jn ꝓpria venit? Quid cuz Nō ſunt de mūdo:ſicut ego nō ſuz de hoc mūdo? Sic ⁊ regnū ſuuz d̓r hinc nō eſſe:nō ꝙ mundū ꝓuidē tia ac ꝓtectōe ſua priuet.ꝫ vt dixi: neqꝫ humanū:neqꝫ caducum eſſe de monſtret. Quid ergo Pilatus. Er- go rex es tu? Rn̄dit Jeſus. Tu di- cis.ꝙ rex ſum. Ego in hoc nat⁹ ſuz. Si ergo rex natus ē:⁊ alia oīa na- ta ſunt:⁊ nihil hēt qd̓ acceperit. Ji- taqꝫ cū audis. Sicut pr̄ habet vitā in ſemetipſo ſic dedit ⁊ de filio vitā

habere nihil aliud ꝙꝫ generatōez ar bitreris:⁊ in alijs ſimiliter. Et ad hoc veni.vt teſtimoniū ꝑhibeā ve ritati.hoc eſt: vt hoc ipz dicā:faciā: ⁊ ꝑſuadeā oībus. Tu āt homo hec audiens ⁊ vidēs dn̄m tuuz ligatuz ⁊ circūtractū noli ꝑſentia quicqꝫ re putare. Nōne ꝑabſurdū ⁊ indignū ē. Si xp̄s ꝓpter te ea ſuſtinuit:tu ne verba qdem ſepenumero ꝑpeti poſ- ſis? Jlle inſputus ē:tu te ⁊ veſtib⁹ ornas ⁊ anulis:et ſi nō apud hoīes laudaris.miſerā te vitā viuere arbi traris. Chriſtus oꝓprobrijs ⁊ maledi ctis afficitur:ad deriſū:alapis cedit̄ tu ab oībus laudez captas:⁊ n̄ fers opprobria xp̄i. Nōne audis Paulū dicentem imitatores mei eſtote ſicͭ ⁊ ego xp̄i? Siqs te maledictis ꝓſeq tur:recordare dn̄i tui: quē ad deri- ſuz adorabāt :⁊ verbis ⁊ re diſtra- hebāt ⁊ irridebāt. ipſe vere nō mō non vltus ē:ꝫ bn̄ficijs ⁊ ſūma bōa nitate ⁊ clemētia affecit. Nūc nos imitemur.ita poterim⁹ oī ignomini a liberari Non eī qui iniuriat̄.ꝫ qui paruo aīo iniurijs dolet.is iniurias ꝯfirmat:⁊ irritat iniuriantez Si n̄ egre eas ferres:non afficereris iniu ria Non eī ab inferentibus.ꝫ ab ac cipientib⁹ fit:vt graues ſint. Quid tandem doles? Si iniuria te offen- dit:tāto min⁹ tibi dolendū ē.imo il- li magis miſereri oporteret.ſin iure tanto equiori aīo tolerāduz. Quē admodum enim ſiqs te pauperem: vt diuitez appellaret:laudaretqꝫ:ni hil ad te ille laudes ſed potius in ri- ſum ꝯterentur.ita ſiqs falſo calum- niaretur: nihil id ad te. Er ſi te con ſcientia rephendit:nulla verba per turbent:ꝫ vitam emenda. Hoc ī ve ris reprehenſioibus dico. Cum āt paupertatē quiſpiaz aut ignobilita tē arguet:eum ridenduz ducas.non eī dedecori ē audienti.ꝫ dicenti:vt

pote ſapientiã ignorãti.ſʒ cum hu-
iuſmodi in multitudine ignorantiſſi
veritatem dicunt: intolerabile vul-
nus efficitur: immo hoc maxĩe ferẽ-
dum. cum tibi teſtis ſit ſpectaculuʒ
laudantiuʒ te atqʒ accipientium: il
lis ledẽtibus ⁊ exprobrãtibus. Nõ
enĩ qui vleiſcitur. ſʒ qui nihil reſpõ-
det admirationi eſt apud ſapiẽtes.
Qz ſi pſentes ſtulti ſunt ꝓpterea ma
xĩe eos rideas: ⁊ theatro celeſti cõ-
gratulareĩ. illic enĩ omnes te lauda-
bunt: tibi plaudent: te accipiẽt. Si
quidem vnus angelus toti mundo
conferri poteſt. Et quid ãgelos di
co quãdo ipſe te dominus laudabit?
His cogitationibus nos exercea-
mus: neqʒ enim crimini dandum eſt
ſi q̃ leditur ſilet: ſʒ contra: ſi vleiſcit̃
Nam ſi crimen eſſet: non vtiqʒ dixiſ
ſʒ xp̃s. Siquis percuſſerit te in dex
tram maxillam prebe illi ⁊ alteraʒ.
At ſi falſa quis dixerit: ei miſerea-
mur: ꝙ ſibi accuſatiuum ſupplicium
aſtruit. Neqʒ ſcripturas legere dig
nus eſt. Peccatori eĩ inquit. deus:
vt q̃d tu enarras iuſtificatões me
aſſedens ꝯtra frẽm tuũ calũniaris
Sin vera dixerit: eẽ ſic miſerabilis
eſt Nã ⁊ phariſeus vera locutus. ni
hil tamen offendit male audientem
ſʒ ei ꝓfuit: ſe bonis priuauit: ſibi iſs
maledictis naufragium intulit. Ita
qʒ vtrinqʒ ille eſt q̃ offendit. Tu ãt ſi
equo aĩo pferes: duplici ratione lu-
craris. ⁊ ꝙ tibi ſilentio ⁊ modeſtia
deuʒ ꝓpiciuʒ reddis: ⁊ materiã acci
pis: vt ex verbis facta emendẽtur:
⁊ gloriã humanã cõtemnas. Etei
hic verbis dolor exoritur: ꝙ multi
hominuʒ inhiãt opinioni. Sic ſi vo
luerimus philozophari probe: intel
ligemus nihil res humanas eẽ. Diſ
camus igitur ⁊ vicia noſtra recen-
ſentes: ea tempe corrigamus. ⁊ hoc
menſe vnuʒ: alio aliud: ⁊ ita ſubſe

quẽter meliores efficiamur. ⁊ ſic tã
ꝗ per gradus quoſdam aſcendẽtes
per ſcalam Jacob ad celum perue-
niamus. Etenĩ ſcale ille mihi per il
lam viſionem paulatim ꝑ virtutes
aſcenſum ſignificare videntur: per
quam a terra in celuʒ aſcendere no
bis licet non gradibus ſenſibilibus
ſʒ moꝝ incremento ⁊ correctione.
Hoc ergo iter: hunc aſcenſum ag-
grediamur: vt ⁊ celum ⁊ celi bona
conſequamur: gratia ⁊ benignitate
Jeſu xp̃i cui gloria ĩ ſecula ſeculoꝝ.

## Homelia lxxxiiii.

ex capitulo xviij

Ego ĩ hoc nat᷒ ſuʒ: ⁊ ad hoc
veni in munduʒ: vt teſtimo
nium perhibeam veritati.
Omĩs qui ẽ ex veritate audit vocẽ
meam. Mirabilis res eſt patientia:
que tanꝗ in tranquillo portu ani-
mũ conſtituit: cumqʒ ⁊ ab aduerſis
ventis ⁊ fluctibus tempeſtatum li-
berum reddit. hanc nos chriſtus cũ
ſemper: tum maxime docuit cum iu
dicatus eſt: vnctus huc: illuc diſtra
ctus. Etenim apud annam perqʒ
manſuete reſpondit. ⁊ cedenti ſuo
ea dixit: que omnem faſtum tollere
potuiſſent ⁊ inde ad Caypham. de-
mum ad Pilatum ductus: tota no
cte in his conſumpta: in omnibus
miram pretulit manſuetudinem. et
dicentib᷒ maleficum eẽ: neqʒ quo e
um arguerent habentibus. tacuit
tamen. cum de regno interrogat᷒ ẽ
tunc locutus eſt ad Pilatum eru
diens eum: ⁊ ad altiora erigens.
Quid autem Pilatus illis pſentib᷒
Jeſũ non interrogat. ſʒ pretorium ĩ
greditur: magnam quandam de eo

habebat opinionē: ⁊ ſine alicuiꝰ tu-
multu oīa ab eo intelligere volebat
Roganti āt q̄d feciſti nihil ad hoc
reſpōdit Ieſꝰ. ſꝫ ad id qđ valde cupi
ebat Pilatus. hoc eſt de regno ſuo
inq̄ens Regnū meū nō ē de hꝰ mū-
do. quaſi dicat. Rex ſuꝫ. nō tū q̄lem
arbitraris. ſꝫ longe preſtantioꝛ: hic
oñdit nihil mali feciſſe. vt etiā cūꝑ
ſeq̄tur: in hoc natus ſū ⁊ ad hoc ve-
ni in mūduꝫ vt teſtimoniū ꝑhibeaꝫ
veritati. Inde cū inquit. Oīs qui ē
ex veritate audit vocē meaꝫ. allicit
eū: vt aures his adhibeat. Siq̄s ei
verus eſt inq̄t: et amat veritatē ſa-
ne me audiet. Hoc pacto eū paucis
verbis allicit: vt petat. Quid eſt ve
ritas. ſꝫ ꝑmū rei ipi inſtat. Rogauit
āt quoniā tempꝰ id poſtulabat nūc
euꝫ e iudeoꝝ manibus eripe cogita
bat. ideo exiuit: aitq̄ꝫ Ego nullā in
eo inuenio cauſā. Et ꝯſidera q̄ꝫ pru
denter. Nō dixit. Si errauit: ⁊ dig
nus ē morte: ſolennitati eū ꝯdona-
te. ſꝫ primū oīo excuſat. inde ex abū
dantia rogat: ſi nolint alit̄ innocen-
tē dimittē: ſaltē vt nocentē tempi
ꝯdonent. Ideo ſubdidit. Eſt āt con
ſuetudo vobis vt vnū dimittā ī paſ
cha. inde verecūde Vultis ꝗ inq̄t di
mittam vobis regē iudeoꝝ! Clama
bāt oēs dicētes Nō hunc ſꝫ Bara
ban. O mētē ſceleſtā. ſimiles ſui pe-
tūt. Sceleſtū dimitti: inſontē puni-
ri iubent Hic eē eis antiq̄tus mos
fuerat Tu āt in oībus conſidera do
mini benigitatē Tūc flagellauit eū
Pilatꝰ. Fortaſſe vt ita ſedato iude
oꝝ furoꝛe: inde eū dimitteret. Cum
eī prius eū liberare voluiſſet. in hoc
eis ſatiſfacere arbitratꝰ ē: ſi verbe-
rari: ⁊ q̄ tūc facta ſūt in eū: fieri per
mitterꝫ: vt purpurea veſte circūda
ret̄: ⁊ coꝛona ſpinea eius capiti ipo
neret̄ ideo ita coꝛonatuꝫ ad iudeos
eduxit: vt ea ignominia eoꝝ irā ⁊ fu
roꝛē aliquātulū ſedaret. Et quomō
milites hec faciebāt ſiq̄dem nō ꝑce
perat Pilatꝰ! Ad iudeoꝝ grām. Ne
q̄ꝫ ei noctu a Pilato iuſſi cū iuda ꝓ
fecti ſunt. ſꝫ pecunia a iudeis allecti
oīa audebant. At Ieſus in his oībꝰ
tacebat. Tu āt non ſolū hec verba
audias. ſꝫ in aīo ꝑpetuo ſerues ve-
lim: ⁊ cū oꝛbis terraꝝ ⁊ angeloꝝ re
geꝫ a militibus irriſum: ⁊ verbis ⁊
re ignominia affectū: ⁊ oīa equo a-
nimo tolerantē videris: eum re ipa
imitare. Cum ei dixiſſet Pilatus re
gem iudeoꝝ: ad deridendū: vt regē
induerunt. Hoc pacto eduxit eum
Pilatus inq̄ens Nullā in eo cauſā
inuenio. Exiuit Ieſus ſpinis coꝛo-
natus. ñ tñ iudeoꝝ ira ſedata eſt ſꝫ
clamabant. Crucifige crucifige euꝫ
Vidēs pilatus oīa fruſtra tentari
Accipite inq̄t euꝫ vos: ⁊ crucifigite
Quibus verbis cōſtat: ad cohiben
duꝫ eoꝝ furoꝛeꝫ: illa fieri permiſiſſe.
Ego inq̄t nullā in eo cauſā inuenio
Aiaduerte quot modis iudex Ieſū
excuſat. ſꝫ nihil canes illos moue
bat Illd dei verbū. accipite ⁊ crucifigi
te indignātis ē ⁊ mouentis: vt ipſi
rem non permiſſam patrarent. Ipi
duxerant eū vt preſidis iudicio dā-
naretur. contra āt contigit vt poti
us ſententia eius abſolueret Quod
veriti. Nos legem habemus inqui
unt: ⁊ ſecundum legē debet moꝛi ꝙ
filium dei ſe fecit. Quō ergo dicente
preſide. accipite eum ⁊ ſecundū le-
gem vr̄am iudicate eum. dixerunt ſi
bi nō licere quenq̄ꝫ interficere. nūc
legem afferunt ꝙ moꝛi debeat! Et
conſidera accuſatōem. filium dei ſe
facit. hoc crimini dandum eſt. Dic
queſo quid mirꝫ: vt qui dei opera fa
cit: ſi ſe dei filiū nūcupet! Quid chꝛi
ſtus! Nihil reſpondet: implens pro
pheticum illud qđ nō aperit os ſu
um. in humilitate ſua iudicium eius
elatum eſt. Tum Pilatus cum au-
diret ꝙ ſe dei filium faceret: ne iude

rum eſſz:et contra legē facere puta
ret:formidauit. Judei cū id re ꝛ ver
bis intelligerēt:nō ſūt pterriti .ſz in
terimūt quē adorare debuiſſent. Jō
pilat⁹ trepidus : alijs omiſſis.an eſſz
xp̄s interrogat.cui Jeſus nō rn̄dit.
Nā cū audiſſz. Jn hoc nat⁹ ſū et ad
hoc veni.ꝛ regnū meū nō eſt de hoc
mūdo.ꝛ ꝓpterea eū abſoluere debuiſ
ſet.obtēperauit tn̄ furori iudeorū :q
cū nihil ampli⁹ qd̄ criminarētur ha
berent:ad publicū crimen ꝯfugiunt
dicentes. Omnis q̄ ſe regē facit: cō
tradicit ceſari. Jnqrendū igitur di
ligenter an tyrānidem affectaret: et
regno ceſarē depellē tentaret.ſed nō
inueſtigat diligenter.ideo nihil ei re
ſpondet:cū ſciret fruſtra oīa. Pretēa
reb⁹ teſtimoniū phibentib⁹: noluit
verbis ꝯuincere neq̄ excuſationem
adducere:oſtendens ſponte ad hoc
veniſſe. Cū taceret inqt pilat⁹ . Ne
ſcis qz poteſtatez habeo crucifigere
te? Uides quō ſeipm cōdēnauit? Si
in tua poteſtate eſt:quare inſontem
nō dimittis: Cuz ergo ꝯtra ſe ſniam
tuliſſz inqt Jeſus . Qui tradidit me
tibi:maius peccatuz habz:indicans
ipm q̄z reum eſſe criminis. Et vt tu
morem ei⁹ depmeret. Nō haberes
poteſtatē niſi tibi datū eſſz deſuper.
Ex quo ſignificat non ſimpliciter:ꝛ
vt res plurimum ſolent. ſed myſtice
eueniſſe. Sed ne ea particula .niſi eſ
ſet tibi datum deſuper :nullo ipi cri
mini aſcribenduz duceres .ideo inqt
mai⁹ peccatū habz qui tradidit me
tibi. Atqui: ſi datū erat: neq̄ hic ne
q̄ illi rei erāt criminis? Fruſtra hec
dicis.hoc verbū.datum:in hoc loco
pmiſſiuū eſt:quaſi diceret. Permiſit
hec fieri. Non tn̄ ꝓpterea vos nō ac
cuſandi. Perterruit eū verbis:ꝛ ma
nifeſtā attulit excuſationē . Et exin
de querebat Pilatus dimittere euz.
iudei autem clamabāt. Si hunc di



mittis non es amic⁹ ceſaris. Cum ei
a ſua lege crimina non proficerent:
maligue externū adducūt dicentes.
Omnis enim qui ſe regē facit:cōtra
dicit ceſari. Et qd̄ tyrannidis argu
mentū? Uū hoc pt oſtendi? A purpu
ra:a dyademate:ab ornatu :a ſatelli
tib⁹? Nonne ſol⁹ ſp cū duodecim di
ſcipulis ambulabat:ꝛ vilib⁹ vtebat
cibis:veſtib⁹:domo ? Sed O impu
dentiā. O intempeſtiuā formidinem
Pilatus enim iā periclitari arbitra
tus:ſi id negligeret.egreditur vt rē
inquirat. Hoc enim ſignificat cuz ſe
diſſe dicit.ꝛ nulla habita queſtione
tradit eum :ſe eis perſuadere exiſti
mās. Qd̄ apparet cum inquit . Ecce
rex veſter. Et cum illi dixiſſent. Cru
cifige eum. Jterum ait . Regem ve
ſtrum crucifigā. Reſponderunt pon
tifices. Non habem⁹ regem: niſi ce
ſarem.ſponte ſe reos profeſſi ſunt.
Jdeo eos deus tradidit:quando ipi
primi prouidentia ꝛ protectione ipi
us ſe ſubtraxerunt.et cum vno ore
regnum abnegaſſent: permiſit ſuis
ipſorum ſententijs eos decidere . At
qui:ea verba omnem iram ſedare iā
debuiſſent .ſed timuerunt ne dimiſ
ſus iterum plebem alliceret quod ne
eueniret omnia conabantur. Graue
enim quiddā eſt ambitio:graue inq̄
et que animam perdere valeat : cu
ius gratia nunquam audiebant . Pi
latus quidem ſolo verbo voluit eū
dimittere.hi perſtant dicentes. Cru
cifige. Et cur tantopere hanc eius
mortem affectabant ? Quia ignomi
nioſa erat. Ueriti ergo ne eius poſt
modum memoria ſeruaret. hāc mor
tem elegerūt:neſcij ꝙ cū impeditur
magis apparet veritas . Nā ꝙ hoc
formidarent:audi quid dicant . nos
audiuimus : quia ſeductor ille dixit.
poſt tres dies reſurgam. Jdcirco
omnibus modis annitebantur vt

vt poſteris eſſꝫ aboīabilis.Et idēti‑
dē clamabāt.Crucifige.Erat turba
incōpoſita ⁊ a pncipibus corrupta.
Nos āt non mō hec legamꝰ.ſed aīo
recōdamꝰ.hoc eſt coronā ſpineā : ve
ſtimentū:arundinē:alapas ;ſputa:ir
riſiones.q̄ frequēter mente repetita
ſatis omnē irā ſedare poterūt :et ſi
ludibrio erimꝰ:ſi quid iniuſte patie‑
mur:frequēter dicamꝰ.Nō eſt ſeruꝰ
maior dn̄o ſuo.⁊ allatrātiū iudeoruꝫ
verba nobis ſubeāt:cū dixerunt.De
moniū habes.⁊ ſamaritanus es.⁊ in
beelzebub principe demonioꝝ eijcit
demonia.Et ideo hec oīa ꝑtulit : vt
eiꝰ veſtigia imitemur:⁊ maledicta ꝑ‑
feramus:q̄ ip̄e grauiſſima.non ſoluꝫ
ꝑtulit.ſed oīa fecit vt ip̄os illatores
ſaluos faceret:⁊ ad coꝝ ſalutē Apo
ſtolos miſit.Audis eos dicētes.Sci
mꝰ ignorāter feciſtis:vt ad penitēti
am adducerēt.hec nos imitemur.ni
hil enī adeo deū placat.vt inimicoꝝ
dilectio:⁊ cura eis bn̄faciēdi.Cū q̄s
te perſeq̄tur.nō ip̄m.ſed demonē in‑
ſtigātē ꝯſidera:⁊ aduerſus illū irā ſe
da:⁊ miſerere ꝙ ita a diabolo irritet̄
a q̄ ſibi mēdacium oritur :multo ma
gis ⁊ iniuſta ira .Non ſunt xp̄ianoꝝ
maledicta.nā q̄ flere iubet̄: ⁊ q̄ audit
ve vobis q̄ ridetis . inde maledicit:
inſectat̄:furit.nō ip̄e contra; maledi
ctis.ſed lachrymis ꝓſequēdꝰ eſt.Nā
⁊ xp̄s iude miſertꝰ eſt q̄ nobis re ip̄a
in omnibꝰ imitandꝰ eſt.qđ niſi feceri
mꝰ:fruſtra nati ſumꝰ: vel ad malū po
tius.Neq̄ʒ enī fides ſufficiēs ē ad re
gnū conſequēdū.ſed magis perperā
viuētes ꝯdemnabit .Qui enī nouit
voluntatē dn̄i ſui ⁊ nō facit:multuꝫ
vapulabit.⁊ iterū.Si nō veniſſē in‑
quit: ⁊ locutꝰ eis nō fuiſſē:pcc̄m nō
haberēt.Quā ergo habebimꝰ excuſa
tionē cū penetralia ingredi dignati
recuſauerimus . ⁊ cōicātes myſteria
gentilibꝰ coꝝ ignaris:peiores īueni

amur?Si illi inanē gloriā tātā p ſe
tulerūt ſapiētiā lōge magis nos de‑
cet: vt deo placeamus virtutibus in
uigilare: Illi nōnūq̄ʒ ſuā ꝯtēpſerūt
animā: ⁊ filios demonuꝫ inſania bel
lis deuouerunt.Nos neq̄ʒ pecuniaꝫ
ꝓpter xp̄m ꝯtēnimꝰ.nō irā ponimus
ſed inflamur : ⁊ febricitātiuꝫ more in
cēdimur.Et queādmodū illi morbo
vexati.ita ⁊ nos affectu diſtracti:irā
auariciā; reliq̄s cupiditates ſiſtere
nūq̄ʒ poſſumꝰ.Ideo erubeſco ſimul
atq̄ʒ obſtupeſco:cū multos gentiliū
pecuniaꝝ ꝯtēptores:nos inſaniētes
videā.De ſi q̄ etiā nr̄oꝝ eas ꝯtēnūt:
alijs affectibꝰ: furore videlꝫ: ⁊ inuidia
ꝯſumūtur.Difficile ſane ē verā ſapi
entiā īuenire.Quanā gratia ? Reme
dia ſcripturaꝝ negligimꝰ: neq̄ʒ cum
contritione fletu et planctu eis attē
dimus.ſed ſimpliciter ⁊ inconſidera
te ſꝫ qñ ad legēdū adducimur.ꝓptēa
cū graue ſeculariū reꝝ onꝰ incūbit
oīa inūdat: ⁊ ſi q̄d ꝓfecimus aufert.
Neq̄ʒ eī ſi q̄s vulnꝰ accepit : ⁊ medi
cinā ipoſuerit:nō diligent̄ alligabit.
ſꝫ decidere ꝑmittet.Neq̄ʒ aquā: pul
uerē: ⁊ alia vulneri ꝯtraria :nō caue
bit:ne grauius malū ſeq̄tur .nō me‑
dicine.ſꝫ ꝓprie deſidie culpa.Hoc no
bis accidere ſolet cū diuinis ſermōi
bꝰ paꝝ:ſecularibꝰ ſꝑ attendimꝰ.Ita
ſemen omne ſuffocat̄ : fructꝰ nullꝰ ꝓ
uenit.Qđ ne accidat in celuꝫ paulu
lū ſuſpiciamꝰ:mortuorū monumēta
⁊ tumulos ꝯſideremꝰ: ⁊ nos eūdem
exitū manere:eādē migrandi neceſſi
tatem:nōnūq̄ʒ ante veſperū immine
re:in mente veniat .Preparemur er
go huic profectiōi.Multo nobis vi
atico opꝰ eſt.nā ⁊ multꝰ labor:multꝰ
eſtꝰ.magna ſolitudo:peragranda eſt
Nulluꝫ eſt diuerſorium neq̄ʒ forum:
vbi nobis neceſſaria comparare poſ
ſimus:niſi hinc omnia nobiſcum au
feramus.Audi quid dicāt virgines

Jte ad vendentes: ⁊ eũtes nõ inue
nerũt. Audi Abraã. Cahos ẽ inter
nos ⁊ vos. Audi hiezechielẽ. De die
illo. Noe Job ⁊ Dauid filios ſuos ñ
liberabũt. ſed hec vtinã nos nõ au-
diamus verba. ſed accipiẽtes hinc q̃
ad eternã vitã nobis ſufficiãt viati
ca: cũ fiducia videam⁹ dñm nr̃m Je
ſu xp̄m cũ q̃ p̄ri ſimł ⁊ ſp̃ũiſc̃o gl̃a ⁊c.

## Home. lxxxiiii.

ex capitulo xix.

Tunc ergo tradidit eis illũ ut
crucifigeretur. Susceperunt
ãt ieſũ ⁊ eduxerũt: ⁊ baiulãs
ſibi crucẽ exiuit ĩ eũ q̃ dicitur calua
rie loc⁹. Felicitates facile ĩprouí-
dos deijcẽ: ⁊ ꝓſternere aſſolent. ita ⁊
iudei a p̄ncipio diuino freti auxilio.
legẽ regni gẽtiũ ꝗrebãt. ⁊ in eremo
poſt mãna cepar recordabãtur. Jti
dez ⁊ hic: xp̄i regnum recuſantes:
ceſaris implorabant. ideo in regem
ſm ſñiam ſuã inciderũt. Qȝ cum au
diſſz Pilat⁹ tradidit eũ vt crucifige
retur. ⁊ ꝯtra iuſtiſſime. erat enĩ ĩueſti
gãdũ: an regnũ affectaſſz. ſed ſolo me
tu tulit ſñiaz. Qȝ ne ꝯmitteret: xp̄s
eũ admonuerat ingens. Regnũ meũ
nõ ẽ de hoc mũdo. ſed p̄ñtib⁹ oĩo ad
dictus: nihil magnũ ſapere voluit.
ꝗuis vxoris ſomniũ eũ p̄terrere de
buiſſz. ſed nullo hoꝝ fact⁹ eſt melior.
Neq̃ celũ ſuſpexit. ſed tradidit euz.
Et ei crucẽ tãq̃ reo ĩpoſuerunt. lig
num delegerunt: neq̃ figuram conſi
derarunt. Et eĩ iſaac ligna portauit
ſed tunc in patris voluntate tm̃ con
ſtitit. figura enĩ erat. Nunc res ſequ
ta eſt: quia veritas. Et exiuit in euz
qui dicitur caluarie locus. Vbi qui
dem dicunt Adam et mortuum ⁊ ſe-
pultum eſſe. et ieſum vbi mors domi
nata eſt: ibidem tropheum erexiſſe.
hoc eſt crucem: quam tulit ꝯtra mor
tis tyrannidem. Et quemadmoduz
victores. ita ieſus victorie ſigna hu
meris tulit. Quid enim ſi id alio ani
mo fecerunt iudei? Crucifigunt aũt
eũ cũ latronib⁹. Jnuiti etiaz in hoc
prophetiam implentes. Que enim il
li ad ignominiam faciebant: ijs veri
tas implebatur: vt intelligas quan
ta eorum vis. Hoc nanq̃ antiquit⁹
propheta predixerat. ꝙ cuz iniquis
reputat⁹ eſt. Voluit demon rẽ ipam
obtegere. non tamen valuit. Cruci-
fixi ſunt tres. claruit vnus ieſus. vt
intelligas eius virtute omnia proue
niſſe. Atq̃ tribus crucifixis miracu
la paruerunt. nemo tamen vllum: al
teri latronum attribuit. ſed ſoli ieſu.
Jta diaboli inſidie irrite facte ſunt.
et in eius caput omnimodo irrue-
runt. Nam ex duobus vnus ſaluus
factus eſt. Non ſolum igitur crucifi
xi gloriam non offendit. ſed non pa
rum auxit. Neq̃ eniz minus fuit in
cruce latronem conuerti: et in para-
diſum ĩtrare: q̃ȝ petras collidi. Scri
pſit autem et titulum Pilatus. cum
vt iudeos vlciſceretur tũ vt chri
ſtum excuſaret. Nam cum tanquam
paruum tradidiſſent: et ſententiam
hanc latronum ſocietate confirmare
vellent. ne quis iam turpem mortis
notam inurere: ⁊ tanquam malum
et perditum eum accuſare poſſet. vt
calumniantium os obſtrueret: in re-
gem ſuum inſurrexiſſe eos denunci-
at: et tanquam tropheo cuipiam lit
teras inſculpſit clara voce et victo
riam et regnum profitentes. ꝗuis
non perfecte. Neq̃ hoc vna lingua.
ſed tribus demonſtrauit. Cum eniz
credibile eſſz multas ad feſtuz natio
nes conueniſſe: ne quis excuſationẽ
ignoraſſz: linguis omnibus: iudeorũ
immanitas notata eſt. Hoc autem
egre ferebant iudei. Atqui: q̃d hoc
vobis nocebat? Nihil. Nam ſi mor
talis erat et imbecillis ⁊ moriturus

Quid ſcripturā timuiſtis: ꝙ eſſꝫ rex
iudeoꝝ. Et qđ dicūt vt ſcribēt? Qꝫ
ipſe dixit. eiꝰ fuiſſꝫ temeritati ⁊ iactā
tie aſcribēdū. Nō tñ Pilatꝰ mutatꝰ
eſt. ſed ꝑſtitit in ſententia. Nō parua
in hoc diſpēſatio. ſed hinc pēdet. Cū
eñ poſtmodū defoſſum eſſꝫ lignū cru
cis: nulla de eo cura ſuſcepta. cū et fi
deles timerēt: ⁊ alijs vacarēt. ꝯtigit
vt diu pꝰ ꝗrerēt. ⁊ cū tres cruces i
uente eſſent: par eſt: vt ⁊ qꝛ media
erat ⁊ ꝓpter titulū dñi crucē agnitā
nā latronū cruces titulum nō habe
bāt. Milites aūt diuiſerūt Jeſu ve-
ſtimenta. ſed nō tunicā. Ecce quō ſꝑ
malefaciendo ꝓphetias iplent. Naꝫ
et hoc ꝑdictū fuerat. Atq; tres erāt
crucifixi. ſed ꝓphetie i Jeſu implebā
tur. Quare eñ non idē in alijs fece
rant? Tu aūt ꝓphetie certitudinē cō
ſidera. Nō eñ ꝙ partiti ſint tātuꝫ. ſꝫ
ꝙ nō ſint partiti ꝑdixit. Nā veſti-
menta partiti ſūt. nō aūt tunicā. ſed
ſortem ſuꝑ ea iecerunt. Qđ aūt dicit
deſuꝑ contexta: nō ſimpliciter poni
tur. ſed alij allegoriam id ſignificare
dicunt: ꝙ nō ſimpliciter hō eſſꝫ cru
cifixus. ſed deſuꝑ habuerit diuinita
tem. Alij dicunt ꝑ illud genꝰ veſtis
euangeliſtā hiſtoriā narrare. Nā in
paleſtina ex duobꝰ pānis veſtes con
texunt: qđ ſignificans iohannes in
quit deſuꝑ contextā. Qđ mihi dice-
re videtur: vt veſtimentoꝝ vilita
tem oſtenderet. Nā quemadmoduꝫ
in alijs oībus: ita in habitu vilē ſpe
ciē preferebat. Et milites hec facie
bant. Jpſe aūt crucifixꝰ matrē ſuam
diſcipulo cōmēdat: erudiens nos ad
vltimū vſq; ſpūm parentū curaꝫ ha
bendā. Cū intempeſtiue ab ea appel
latus eſt. inqt. Quid mihi ⁊ tibi mu
lier? et alibi. Que eſt mater mea? hic
īmenſam charitatē oſtendit. Et cō
mendat eā diſcipulo quē diligebat.
Jterū nomē ſuū modeſte ſubticet io
hānes. Nā ſi ſe iactare voluiſſꝫ: quā
obrē diligeretur expoſuiſſꝫ. Credibi
le eñ eſt magnā eē: ⁊ admirādā. Qua
aūt gratia nihil aliud dicit iohanni
neq; eū conſolatur? Qꝛ intēpeſtiuuꝫ
erat. Preterea non paruo eū honore
his verbis afficiebat: neq; paꝝ preſē
tie ſue ꝑmiū capiebat. Tu aūt conſi
dera: quō crucifixꝰ omnia ſine aliq̄
perturbatione tranſegit. diſcipulo
matrē cōmendauit. prophetias im
pleuit. latroni ſpem bonaꝫ dedit. At
qui: anteq; crucifigeretur: ſudauit:
ꝑturbatus eſt: timuit. Quid hoc ſibi
vult? Nihil dubij. nihil non manife
ſtum. Jllic eñ nature imbecillitas.
hic poteſtas demonſtrata eſt. Prete
rea his nos duobus admonet: vt li
cet ante mala ꝑturbemur. nō tñ ab-
ſiſtendū eſt. qñ ea ſubeamus. ⁊ cuꝫ in
certamen deſcendimꝰ: omnia facilia
et leuia putanda ſunt. Nolimꝰ ergo
mortē formidare. Jnſitꝰ ē aīe natura
liter viuendi amor: ſed in nobis eſt:
vel hoc vinculū ſoluere: ⁊ eā minuē
cupiditatē: vel ligare ⁊ vehementio
rem efficere. Quēadmodum eniꝫ no
bis deſideriuꝫ ineſt coitꝰ. cū aūt phi
loſophamur id cohibemus. ita ⁊ in
vita accidit. Naꝫ ſicut ad ſeruandā
prolis ſucceſſionem: deus procre
andi cupiditateꝫ hoībus indidit. nō
tamen prohibens altiorem continē
tie viā. ita et vite nobis inſeuit deſi
deriū prohibens ne quis ſe īterimat
non impediens tñ vt pñtem vitam
contemnat. hec conſiderātibus mo
dus ſeruandus eſt: ne ſponte quis ſi
bi mortē conſciſcat. etiāſi innumeris
vexetur calamitatibus: neq; cum
deo placuerit eā fugiat ⁊ reformidet
ſed preſenti animo ſubeat ⁊ futuram
vitam huic preferat. Stabant autē
mulieres iuxta crucem ⁊ imbecillior
ſexꝰ tūc fortior apparuit. ita omnia re
formauit. Jpſe matrem cōmendans

igt̄ Ecce filius tuus cū honore q̄ diſlo t̄
buit Cū ei iā abierat: mris curā diſlo reli
quit mãnã cū par eēt utpote mrē dolē et p
tertioꝝ q̃re? merito dilecto cōmdat: cui etiā
igt̄ Ecce mr tua h̄ dixit: ut dilcōe deuī
cēn Cuius cognito diſlo eā ſecū adduxit Sz
cur nō alijs cōpiā mulieꝝ meminit: cū ad
eſſet Admonꝫ q̄ddā āplꝫ matribꝫ cbu
eidū Ut ei cū ſpūalia ipediūt pntes
ne cognoſcendi q̄dē ſc: ita cū nl ipedi
mto ē oīa his ſūt cbuenda? et oibꝫ
pſcīdi q̄ genuerit qd educarūt qd
inuāo p ipis moleſtias ſubierit Ita
marcionis rp̄mut ipudentia Nā ſi
n̄ eēt ſcdm carnē natus nꝫ mrē habu
iſſꝫ: quā tātope curaret Poſtea ſciēs
ihs q̄ iā oīa cōſūmata ſūt: h̄ ē q̄ diſ
penſata erant Ubiꝫ demōſtrāre ānū
tie noua hac morte fuiſſe Siqdē i
ptāte morientis erat: ne pus q̄ ipe
vellet et oīa ipleta eēnt moreret̄ Ipo
dicebat Poteſtatē habeo ponēdi aīaꝫ
meā: et ptātē heo itez ſumēdi eam
Sciēs g̃ oīa cōſūmata ait ſitio: etiā
h̄ vbo pphetiā ipleo Tu at aſtāciū
puitatē intellige Nā licꝫ inuidos ha
beat inimicos q̄ nos grauiſſime pſecuti
ſunt: cū tn̄ icernit eos videt flectim
mia? hij vō nl moti magis efferāt
et irridet? aceticꝫ i ſpōgia porrigūt
ut bibat tpꝫ reus Nā ppꝫ h̄ yſopū ad
dit Cū ergo guſtato: mortuꝫ ē Vides q̄m
nō ptbate et q̄ potenter oīa tn̄ ſigetem
Quod et pſeqns oñdit Cū oīa cōſū
mata eēnt iclinato capite qd affixū
n̄ erat ēdidit ſpūꝫ h̄ ē expirauit Ita n̄
pus iclinatū caput expirauit: ſꝫ pus expirā
cap. iclinā h̄ at dr̄ cauſa: p qd oñdit
euāgeliſta eū eē oīm dnꝫ Iudei at
camelū deuorantes et culicē excolā:

tm̄ nephas auſi de die cōſultāt q̄m paſce
ne erat ut nō rmanerent in cruce corpa
ſabbato: rogauerūt pilatū ut frangeren
eoꝝ crura Vides q̄nti ſit veritas: Vnea q̄ illi
faciūt pphetia iple Pa cū ex h̄ māifeſta
ē Venerūt milites et alioꝝ fregerūt crura
nō xpi: ſꝫ ad iudeoꝝ grāꝫ cōciliandā latꝫ
eius lancea apuerit: et mortuo adhꝰ iſultat
cū peſſimā volūtate: at ſceleſtiſſima
Noli tn̄ ptbari dilectiſſime Nā cū malo
illi aīo patrāt ſūt veritati cōſentiebat pphe
cia hic iple ē nā cū Videbūt i q̄ trāſfix
erunt Nec h̄ tm̄ ſed nō credituris fuit
fidei argumētū ut thome et q̄ cū eo erant
Adhꝰ et archanū miſteriū cōſumatū ē
Exiuit ei ſanguis et aq̄ Nō caſu et ſiplr
hij fontes ſcaturierūt: ſꝫ q̄m ex ābobꝫ eccīa
cōſtituta ē Sciunt h̄ iniciati p aq̄ eīm r
generati p ſanguinē et carnē nutriti Hic
miſteria ortū hn̄t ut q̄tiens admirādū
calicē accedis tāq̄ ab ipo latē hauriēs ac
cedas Et q̄ vidit teſtīoniū phibuit et verū
ē teſtīoniū eius Hoc ē nō aliude audiui ſꝫ
ipe aſſui et verū ē teſtīoniū Et merito ſane
Cōtumelias narrat nō magnū aliqd et
āmirabile ut poſſis q̃tq̃ ſuſpicari Hic
hereticoꝝ os claudit et futura pdicat miſ
teria et repoſitū theſaurū cōſiderans ſup
his q̄ euētura erāt cōſultat Implet etiā
et iā pphetia os eius nō comminuet Licet
eī de iudeoꝝ agno h̄ dcm̄ ſit trāſſiuit
tn̄ figurā iā ad veritatē et multomagis:
Precā et pphete meminit Cū ei ſuū at
tuliſſet teſtīoniū et nō videt fide dignū
adducat moyſen qd nō temere eē factū ē
ſꝫ antiquitꝰ pdcm̄: qd os eius nō cōminuet Et
p ſe q̄q̄ pphete fidē faciūt Hec dixi igt
ut itelligatis cōuenienꝫ int figurā et
veritatem Vides quāta adhibꝫ diligencia

ut credā ipſ̄ tp̄e et ignominioſū videbat
illudē eī mortuo q̄ ipm̄ crucis ſupplicū
lōge peiꝰ ē. deſcriptū h̄ dicit īq̄t: et magꝰ
quidē diligencia: ut credat. Neō igiꝰ hiis
fidē nō adhibeat nec pudorē nīā offendat
crux eī marie ignominioſa videnꝰ
hec ſūt bonoꝝ morꝝ honeſtiſſiā. pꝰ aū
rogauit pylatū ioſeph ab arimathia eo
qꝰ eēt diſcꝰ ihū nō ex duodecī ſꝫ fortaſſe
ex ſeptuaginta. Iam eī putātes ſedatā
iram iudeorū ad crucē libē acceſſerūt
et funꝰ curabat. Accedēs ḡo ad pylatū
corpus ihū rogat et conceſſū ē. ſtā cur
nō debuiſſet: Iuuit aū ipm̄ et nychodēꝰ
et magnifice ſepeliūt. Adhꝰ de eo tāq̄ de
puro hoīe opinabār. ſꝫ ea ferēt aromata
q̄ marie corpa ſuadē ſolent qꝰ nꝰ magn
de ihū ipōs exiſtimaē arguebat. Multū
tū amorē p̄ ſe ferūt ſꝫ q̄re nullꝰ ex duo
decī eo acceſſit. Nō iohēs nō petrus n̄
aliꝰ ex p̄mis. Nec h̄ ſilet diſcꝰ. Et iudeoꝝ
metu qꝰ dicat. et hij eodē metu tenebā
Inq̄t eī̄ diſcipulū occultū fuiſſe: ꝓpt
metū iudeoꝝ. Nec ḡ dici poſſet qꝰ contēpnēt
ſed timēs accedebat. Iohēs aū q̄ affuerat
et videat expirātem: h̄ nō affuit. Quid
adhꝰ dicendū. Michi videt nobiliſſimū
fuiſſe ioſeph: qꝰ ex ſepulchro conſtat. Et
pylato erat notus. Quaē īpetiūt et ſe
peliūt ihm̄: nō ut reū ſed magnifice
ſꝫm iudeoꝝ conſuetudinē: tāq̄ magnū ali
q̄d et admirabile. Cū eī tp̄e vrgent: no
na enī hora mortuꝰ erat et dū peteēt eū
a pylato et dū lauarēt iā veſpa adue
nerat q̄ tp̄e nꝰ licebat opari. In ꝓximū
monumentū poſuerāt. diſpenſatū ē enī

ut ī nouo monumēto ſepelirētꝰ ī q̄ nēō
poſitus fuerat ne qꝰ aliū reſurrexiſſe
arbitraret: et ut diſcipuli eo facile ſe
conferre poſſent et q̄ fierent ī ꝓpīquo
intuerent et ut ſepulture teſtes nō ipi
tm̄ ſed īimici eēnt. Signaculū enī et
cuſtodes ſepulchro īpoſiti ſepulture erāt
teſtimoniū. Reſurrectionē aū nō minus
manifeſtā xp̄s voluit. Quare diſcꝰ
miltū aiunt. Vnde qꝰ mortuus ſit
Reſurrectionē enī oē futurū tp̄s erat
confirmaturū. Mors ſi tūc dubia fu
iſſet: reſurrectionis racio nō conſtaret.
Nec hoꝝ tm̄ ḡra ꝓpe voluit ſepeliri
ſed ne falſo potuiſſet q̄ſpiā furtū ī
ſimulare:

Vna ſabbatorū aū h̄ ē die domi
nico cū adhuc tenebre eſſent
maria magdalene venit mane et
vidit lapidem ī reuolutū a monumēto
Surrexerat ihs: et lapide et ſignis ī
poſitis. Sꝫ cū h̄ manifeſtū oporteret:
pꝰ reſurrectionē aperuit monumētū
Et ita res credita ē. Hꝰ maria mo
uit marie nāꝫ magrm̄ diligebat
Poſtq̄ ſabbatū p̄terijt ceſſare nō po
tuit ſed cū adhuc eēnt tenebre a
loco ſibi aliquā q̄rens conſolacionē eo
ſe contulit. Et cū videt lapidē reuolutū
neq̄ intuit nec īcroſpexit ſed ad
diſcipulos cucurrit ex nimio deſiderio
Id eī accidit q̄ꝫ credidit qꝰ de corpe ſīꝫ
eēt intellige h̄ et curſus ꝛ vba ſignificāt
Tulerūt eī īq̄t dn̄m meū ꝛ neſcio ubi
poſuerūt eū. Certe quō nondū qꝰdā de re
ſurrectiōe eciā norat ſꝫ ablatū eē ſuſ
picata ē ꝛ ſimplr diſcipul oīa nūciat
Euāgeliſta aū tāta laude mulierem

nō fraudauit: neq̄ ſibi dedecori ar
bitratꝰ eſt: vt ab ea noctu ꝓfecta ꝑ
mū hec intelligerent. Hoc pacto ſp
eiꝰ veritas lucꝫ. Cuꝫ veniſſꝫ maria:
⁊ id ſignificaſſꝫ. audientes illi ad ſe
pulcrū ꝓperāt et vident lintheamīa
poſita: qđ erat reſurrectionis ſignū.
Neq̄ eī ſi qui corpꝰ abſtuliſſent: illa
reliquiſſent. Neq̄ ſi furati eſſent: ſu
dariū inuoluere: ⁊ ponere in vnū lo
cū curaſſent. ſed vt erat corpꝰ abſtu
liſſēt. Propterea p̄dixit Johēs: ꝙ cū
multa myrrha eſſꝫ ſepultꝰ: q̄ nō minꝰ
q̄ plūbū corpi linteamina ꝯglutinat
Ut cū audieris ſudaria ī ſepulcro re
licta: furto abreptum nō arbitreris.
Nō eī fur adeo ſtultꝰ fuiſſꝫ: vt in ſu
ꝑflua re tm̄ laboraſſꝫ. Quanā gratia
ſudaria dimiſit? q̄no id faciendo latē
potuit? Et eī diutiꝰ in eo erat īmorā
dum: ⁊ deprehendi potuiſſꝫ. Cur lin
teamina poſita erant ⁊ ſudariū ſepa
ratim īuolutū? Ut intelligeres nō ꝑ
turbate ⁊ feſtinanter feciſſe. Ex hoc
reſurrectionē crediderūt. Ideo poſt
modū apparuit eis xp̄us. q2 nō vidē
do crediderūt. Conſidera hoc in lo
co euāgeliſte humilitatē: q̄no certi
tudinē reſurrectionis Petro manife
ſtatā dicit. p̄cedens eī viſis linteami
nibꝰ poſitis nihil amplꝰ perq̄rit. ſed
diſcedit. ille aūt feruore quodā īgreſ
ſus oīa q̄ſiuit diligenter: ⁊ amplꝰ vi
dit: ⁊ tūc ꝯſolatus eſt vidēdo lintea
mina poſita: ⁊ ſudariū ſeparatī reuo
lutū: qđ bū diligentē arguebat. Tu
aūt cū audieris nuduꝫ dn̄m reſurre
xiſſe: ceſſa q̄ſo ab inſana funeris ipē
ſa. Quid ſibi hoc ſuꝑfluū vult: ⁊ inu
tile diſpendiū: qđ ipis q̄ faciūt pluri
mū affert detrimenti: mortuis nullā
vtilitatē: vel damnū potiꝰ. Sūptu
oſa nanq̄ ſepultura nōnūq̄ cā eſt:
vt fures cadauer effodiant: ⁊ nuduꝫ
⁊ inſepultū ꝓiciāt. Sꝫ o inanē glo
riā. q̄ntā etiā in luctu vim: q̄ntā amē
tiam oſtendit? Multi igitur: ne id ac
cidat tenuia ſcindunt linteamina: et
multis implent aromatibꝰ: vt dupli
ci rōne inutilia furibus reddant. ita
terre mandāt. Nonne hec inſanien
tiū. nōne furētiū ſūt ambitionē ꝑ ſe
ferre: ⁊ rurſus tollere? Sane inquit
vt nulla furandi ſit occaſio hec oīa
molimur. Quid ergo ſi nemo furabi
tur? Nōne tinee ⁊ vermes ꝯſumēt
Et ſi nō hi: nōne tp̄s ⁊ putredo? Sꝫ
eſto neq̄ fures: neq̄ vermes: neq̄ tē
pus: neq̄ aliud q̄ppiā timendū. ſꝫ cor
pus ad reſurrectionē vſq̄ intactū ꝑ
manſurū: ⁊ ea oīa noua ꝓſeruari. qđ
inde mortuis emolumēti cū nudum
corpꝰ reſurgit? Hec eī hic remanent
nihil illi exanimi conferūt. Sꝫ cur ī
quies id in xp̄o ſeruatuꝫ eſt? Merito
ſane. Noli hec humanis rebꝰ ꝯpara
re. Nā ⁊ vngentū effudit meretrix:
⁊ ſanctos pedes vnxit. Ut ſi de hoc
dicendū eſt. Hec p̄mū a nō intelligē
tibꝰ reſurrectionis rōnē: facta ſunt.
id inq̄t. Sic mos erat iudeis. Neq̄
eī ex duodeciꝫ hec fecerāt. ſed q̄ non
multo Jeſū honore ꝓſecuti ſūt. Duo
deciꝫ aūt non ſic. ſed morti cedibus
⁊ periculis: ꝓ eo ſe expoſuerūt: qui
honor longe maior. Preterea vt di
xi de hominibꝰ nobis nūc ſermo eſt.
Illa aūt dn̄o exhibita ſūt. Et vt in
telligas nulli cure hec xp̄o eē inq̄t.
Eſurientē me vidiſtis: ⁊ dediſtis mi
hi manducare. Sitientem: ⁊ dediſtis
mihi bibere. nudū: ⁊ induiſtis me: nō
aūt mortuū ⁊ ſepeliſtis. Nō ego non
vt ſepulturā tollā: dico. Abſit. ſed lu
xuriā ⁊ ſuꝑfluā ambitionē. Affectus
inq̄t: ⁊ dolor: ⁊ mortui miſericordia
hec ſuadet. Nō eſt miſericordia ſed ī
anis gloria. Nā ſi vis mortui miſere
ri: aliā tibi viā ornādi funeris oſten
dā. ⁊ docebo eis mortuū veſtibus or
nare: q̄ ſimul cū eo reſurgēt: ⁊ ꝯſpi
cuū reddēt. he veſtes nec tineis cor

roduntur:neqꝫ tpe cõſumũtur:neqꝫ
diripiũtur a furibꝰ. Quenã he ſunt?
eleẽoſyne veſtis ẽ:q̃ reſurget. Eleẽo
ſyna tanqꝫ ſignaculũ cũ eo. His ve
ſtibus fulgebũt:qui tũc audiet. Eſu
rientem me vidiſtis:⁊ dediſtis mihi
manducare:he inſignes faciũt:he cõ
ſpicuos:he ſecuros. Pñtia enĩ nihil
aliud ſunt qꝫ tinearꝫ ⁊ vermiũ eſca.
Nõ tñ ſepulturã ꝓhibeo. ſed modꝰ
ſeruet̃:vt tegatur corpꝰ.nõ nudum
mãdetur terre. Nã ſi viuẽtibꝰ ꝑcipi
tur:ne q̃d habeant ꝑter veſtimẽtuꝫ.
longe magis mortuis.neqꝫ enim ita
mortuꝰ veſte indiget:vt viuꝰ. Dum
eĩ viuimꝰ ⁊ frigoris gratia:⁊ caloris
⁊ pudoris:veſtibꝰ egemus.mortuis
nulla horꝫ ĩpendet neceſſitas. Ne nu
dũ iaceat corpꝰ operiendũ eſt. In p̄
mis autem terrã optimũ habemꝰ o
perimẽtũ:⁊ ipi corporꝫ nature decẽ
tiꝰ. Et ſi vbi tot neceſſitates vrgent
nihil ſupfluũ eſt ingrẽdũ.multo mi
nꝰ vbi ille ceſſant. Sꝫ q̃ viderint ri
debũt inq̃es. Quid tum? Quãuis ri
dearis minime curandũ eſt ſtulti iu
diciũ. Sꝫ potiꝰ multi te admirabun
tur.et doctrinã nr̃aꝫ ꝓſequẽtur. Nõ
eĩ hec digna riſu ſunt.ſed illa q̃ nunc
facimꝰ:cũ lugemꝰ:cũ plangimꝰ:cũ ſi
mul nos cũ mortuo defodimus: hec
⁊ riſu:et ſupplicio digna. In his aũt
⁊ mõ ſũptibꝰ adhibendo: ſapientia
vti perqꝫ laudabile eſt:⁊ omnes no
bis plaudent:⁊ chriſti virtutẽ admi
rabũtur:et dicent pape. Quanta eſt
crucifixi potentia! Perſuaſit moriẽ
tibus:⁊ ijs qui corrumpũtur nõ eẽ
morteꝫ. Nõ eĩ vt ĩ pereuntes affici
untur.ſed vt in meliorẽ locũ migran
tes. Perſuaſit corpꝰ hoc mortale et
terrenũ veſtẽ induere: ſerica ⁊ auro
